
3 1761 06738721 7

TRACTATUS
DE JURE PROTOMISEOS,
SIVE
DE JURE CONGRUI
D. MATTHÆI DE AFFLICTIS
PATRICII ET REGII OLIM CONSILIARII
NEAPOLITANI CLARISSIMI
ADDITIONIBUS SEU POTIUS OBSERVATIONIBUS
FRANCISCI RUMMI
JC. NEAPOLITANI ABUNDE AUCTUS:
OPUS SUPREMARUM INCLITI REGNI NEAPOLITANI CURIARUM DECISIONIBUS EGREGIE REFERTUM, OMNIBUSQUE JCC. PERUTILE AC PERNECESSARIUM;
CUI LOCUPLETISSIMUS INDEX ACCESSIT.
EDITIO NOVISSIMA
Ab innumeris mendis purgata; & novis Additionibus JOANNIS BAPTISTÆ SEVERINI JC. Neapolitani juxta Tribunalium hodiernum usum, & Leges post Additiones RUMMI promulgatas accomodata.
IN TOMOS DUOS DISTRIBUTA.
TOMUS SECUNDUS.

A  P

Ex U.J.D. Antonii Pelosa Cancellariae

NEAPOLI MDCCLXXXIII.
EX TYPOGRAPHIA VINCENTII URSINI
EXPENSIS JOSEPHI DE LIETO

SUPERIORUM PERMISSU.

COMMENTARIUS
DE JURE PROTOMISEOS
D. MATTÆI DE AFFLICTIS.

§. III.

LIcet autem ſupra dixerimus, quod omnes vocentur ad jus protomiſeos tamen ſi probatum fuerit, quod atroces injurias, vel manus impias ex propoſito venditori vel ejus familiæ intulerint, vel ipſius ſubſtantiæ gravem jacturam moliti fuerint, vel contra ejus vitam nixi ſint, vel etiam pecuniarium damnum dederint, omnes iſti nullo modo ſine venditoris voluntate ad jus protomiſeos veniant. Cauſa vero dotis, vel donationis propter nuptias, vel ſimplicis donationis, vel donationis cauſa mortis, vel ex teſtamento, vel ex permutatione, vel ex tranſactione, & parentes, & extranei omnes poſſunt alienare.

S U M M A R I U M.

1 *Jus congrui vicino, vel conſanguineo non competit in ſex caſibus.*

2 *Donatio propter atrocem injuriam perditur.*

3 *Jus congrui ex omni verberatione facta per vicinum venditori perditur.*

4 *Ignorantia affinitatis in percuſſione utrum excuſet ab amiſſione juris congrui.*

5 *Familiæ appellatione qui veniunt.*
Injuria in foro pœnitentiali remiſſa an poſſit trahi in foro judiciali.

6 *Injuria nunquid tranſmittatur ad heredes injuriati, ut poſſit filius agere in jure congrui de patris injuria.*
Heredes injurantis utrum poſſint excludi a jure congrui ex delicto defuncti.

7 *Jus congrui locum non habet in alienatione rei per contractum dotalem, aut donationis propter nuptias.*
Et quid de donatione inter vivos.

8 *Item de donatione cauſa mortis.*

9 *Emphyteuſis nunquid poſſit donare ſine conſenſu Domini.*

10 *Teſtator nunquid poteſt prohibere Jus congrui?*
Teſtamenti appellatione venit codicillus.

11 *Contractus permutationis præcludit vias juri congrui.*

12 *Permutatio venit appellatione alienationis, & venditionis.*
Mulier permutans in melius, alienare non dicitur.

13 *Venditio non continetur in permutatio-*

 tio-

tionis nomine, nec contra.

14 *Permutatio cum refusione pecuniæ nunquid impediat jus congrui.*

15 *Potentiora in dubio attendenda.*

16 *Jus congrui an habeat locum in alienatione necessaria pro datione in solutum.*

17 *Jus congrui nunquid habeat locum interim, donec pretio non soluto, dominium ad emtorem non transeat.*

18 *Contrahentes nunquid possunt immutare stipulationem, ut non sit vera stipulatio.*

19 *Venditionis natura qualis.*

20 *Dictio* quandocunque *non excludit præscriptionem triginta annorum.*

21 *Jus congrui peti an possit, non obstante pacto de retrovendendo.*

22 *Contractus non censetur pignoratitius ex pacto de retrovendendo.*

23 *Creditor potest a debitore emere non adepto dominio.*

24 *Pretium, ubi non est specificatum, quis contractus sit.*

Et an ibi habeat locum jus protomiseos.

Transactio sub nomine venditionis non comprehenditur.

25 *Protomiseos jus locum nunquid habeat in divisione.*

26 *Jus congrui non habeat locum in alienatione per laudum.*

27 *Mixta quando comprehendatur sub simplicibus.*

1 Rimo continet sensum, quod non omnibus prædictis competit jus congrui vel protomiseos. Sed sunt sex casus, in quibus vicino, vel consanguineo non competit jus congrui. Primus casus est, si ille vicinus, vel consanguineus, cui competebat jus congrui, atroces injurias, vel manus impias ex proposito sibi venditori, vel ejus familiæ intulerit; nam tunc tali vicino vel consanguineo non competit jus congrui contra emtorem, nisi ante venditionem talis injuria per ipsum venditorem fuit remissa, vel nisi emtor ipse contentatur, quod talis vicinus vel consanguineus admittatur ad jus protomiseos: Secundus casus est, ubi non habet locum jus congrui, si alienatur, ex causa dotis res, vel donationis propter nuptias: Tertius casus est, si res alienatur ex causa donationis inter vivos vel causa mortis: Quartus casus est, si res alienatur ex testamento, puta per institutionem heredis, vel legatum: Quintus casus est, quod non habet locum jus congrui, si res alienatur per contractum permutationis: Sextus casus est, ubi non habet locum jus congrui, si res alienatur ex causa transactionis, aliquo dato vel retento, hoc dicit usque ad §. *nisi quis &c.*

2 Primo nota ex textu, quod propter injuriam atrocem factam per vicinum venditori; perditur donatio propter atrocem injuriam facta donatori per dispositionem *l. fin. C. de revoc. donat.* quæ autem dicatur atrox injuria, habes *Instit. de injur. §. atrox.* Quid autem si vicinus dederit venditori gravem jacturam patrimonii sui, dic idem, prout *not. in d. l. fin. C. de revoc. donat.* & quæ dicatur gravis jactura, vide *in cap. 1. de restit. spol. lib. 6. & in cap. apostolicæ in vers. hoc semper de donat. sed Jo: Andr. in cap. fin. de donat.* dicit, quod hoc est arbitrarium. Quid si intentavit inferre gravem jacturam, sed non habuit effectum, vide in *auth. quod mater C. de revoc. donat.* & quod habetur *l. si quis non dicam rapere C. de Episcop. & Cler.* Sed quid, si dans pecuniarium damnum, puta si incisit vites, vel posuit ignem in do-

domo, an propterea perdet jus congrui; Respondetur quod sic, quia iste *text.* expresse vult quod dans pecuniarium damnum perdat jus congrui, ergo quis a malo vicino debet caveri, qui habet malum vicinum, habet malum matutinum, ut dicitur in proverbiis Salomonis xxvii. 10. & ibi dicitur, *quod melior est vicinus juxta quam frater procul*, & ad hoc possunt adjungi omnes illæ causæ, propter quas perditur feudum, & notantur in *cap. 1. per tot. quæ sit prima causa benefic. amitt. & in d. l. fin. C. de revoc. donat.*

3 Secundo nota ex *text.* ibi, *impias manus*, quod ex omni verberatione injuriose facta per vicinum venditori, perditur jus congrui, & de isto verbo impias manus facit mentionem *text. 17. q. 4. cap. si quis suadente.* Sed quid si vicinus se defendendo, percutit venditorem, an perdat jus congrui. Certe non, quia defensio fit jure licito, & non injuriose, ut *l. 1. C. unde vi, & l. ut vim, cum concord. ff. de justit. & jure*, ut hoc tenet *Jo: Andr. in donatario in d. cap. fin. de donat.* facit *cap. ad aures, & cap. quibusdam extr. de pœnis*. Sed quid si irascitur an se defendendo, vel offendendo percussit, dic quod quando unus actus potest se habere ad permissum, & prohibitum, præsumitur potius fieri eo modo, quo est licitum, *l. merito ff. pro socio*, facit quod *not. Bart. in l. qui rei postulati, §. 1. in fin. de bonis eorum qui sibi mor. censc.* & idem *Bart. not. in l. fin. in fin. C. de pet. hered. & quod not. glos. in cap. constitutus de relig. dom.* Nam in his, quæ sunt de genere permissorum, non præsumitur dolus, ut in *l. quoties §. qui dolo ff. de probat.* Item quæritur quid si ipse non percussit, sed ab alio percuti fecerit: respondetur porro idem dici per regulam, qui per alium facit, per seipsum facere videtur, in regula *l. qui per alium in vi cum concord. ibi allegatis*. Sed quid si non percussit cum manu, sed forte cum pede, vel alio modo præter manum, an amittat jus congrui, hic *textus* requirit, quod cum manu percutiat, quia dicit manus violentas. Sed *DD. in d. cap. fin. de donat.* dicunt idem esse, ut excludatur per *dict. cap. si quis suadente.*

4 Sed an si ignorabat esse conjunctum, & illum percussit, an ignorantia excusat ab amissione juris congrui. Certe non excusat ista ignorantia, *arg. ff. locati l. si ignorans, & extr. de sent. excommun. cap. si judex eod. tit. lib. 6.* & hoc verum puto, si ignorantia erat crassa, & supina, *arg. in cap. apostolica & quod ibi not. de cler. excomm.* Sed si ignorantia erat cum causa; tunc quantumcumque dabat operam rei illicitæ, tamen quia non habebat animum offendendi eum, tanquam vicinum, & *textus* iste requirit animum injuriandi ex proposito illatum illi vicino, merito non ponitur in vicinitate, ut perdat jus congrui, sed bene punitur pœna injuriarum de jure communi. Sed quid si vicinus offendit venditorem incidendo sibi pannos an perdat jus congrui, dicit *Bart.* quod quando scinduntur vestimenta, non dicitur injuriam fieri in corpus, ita dicit ipse in *l. sed est quæstionis ff. de injur. & in l. hoc autem ff. de oper. novi nunc. & ibi etiam Ludov. & in l. licitatio §. quod illicite ff. de public.* merito non perditur jus congrui, quia iste *textus* requirit fieri injuriam in corpus.

Tertio nota ex *textu*, ibi, *vel ejus familiæ*, quod nedum vicinus perdit jus congrui faciendo injuriam venditori, sed etiam idem est dicendum, si

si aliquem ex ejus familia percusserit.
5 Qui autem veniunt appellatione familiæ, vide quod legitur, & *not. in l. pronunciatio §. familia ff. de verb. sign. & in l. testatur §. familia eod. tit.* Breviter continentur omnes, qui sunt in servitio, etiamsi sunt liberi omnes, ut *ff. de ædil. edict. l. ædiles in princ. & ff. de vi arm. l. 1. §. familiæ, & ff. de verb. signif. l. fin. cum simil.*

Quarto nota, quod si remissa est injuria scilicet aut tacite, vel expresse per ipsum venditorem vicino, subaudi ante venditionem non potest objici vicino petenti jus congrui, quod facit injuriam venditori, quia illa injuria semel fuit remissa, merito non potest de ea iterum conqueri, ut in *cap. de his extr. de accus. & not. Bart. in l. senatus ff. eod. tit.* Sed
6 quid si injuria fuit remissa in foro pœnitentiali, puta coram Patre pœnitentiæ, an postea possit inquietari injurians de dicta injuria in foro judiciali, vide *Bart. in l. non solum §. injuriarum ff. de injur. & per Bald. in cap. 1. §. injuria de pace jurament. firmand. & in l. si tibi ff. de pac. Jo. And. in addit. Spec. in tit. de instr. edit. in addit.* quæ incipit hoc videtur solum, & *Bald. in l. 1. Cod. de comm. d. l. & Ludov. in l. excusatur §. divus ff. ad Syllan.* Sed quæro quid si venditor non fuit conquestus in vita sua de injuria facta per vicinum; deinde filius injuriati vendit rem: vicinus, qui patrem injuriaverat, agit jure congrui contra emtorem; & emtor excipit de injuria commissa patri istius venditoris; ille excipit, quod illa injuria fuit remissa, ex quo defunctus non fuit conquestus in vita, & consequenter tacite videtur remissa injuria, ut *not. in d. l. fin. Cod. de revoc. donat.* an possit agere jure congrui, certe sic, quia de injuria non fuit inquietatus tempore vitæ injuriati, filius injuriati non poterit agere de illa injuria, de quo plene *not. in cap. 1. §. porro, quæ sit prima causa benef. amitt.* & pro hoc faciunt multa jura, quæ ad hoc accumulavit pro, & contra *Jac. de Ardi. in sum. quib. mod. feud. amitt. §. consuevit quæri si vasallus committat culpam &c.* Et hoc verum est, si ille passus injuriam habuit commoditatem conquerendi, alioquin potest vicinus inquietari de ipsa injuria, ut dicit *Jac.* prædictus in loco præallegato, & *Bald. in cap. 1. §. insuper de prohib. feud. alien. per Frider. & glos. in l. omnimodo Cod. de inoffic. testam. & Spec. in tit. de feud. §. nunc dicamus, & Jac. in cap. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt.* Sed quid si moritur injurians, an heredes ejus possunt excludi a jure congrui ex delicto defuncti. Certe sic, *arg. l. 1. C. ne ex delict. defunct.* & hoc verum puto, si est heres, tunc non nocet, puta si domus erat materna, facit *l. si arrogator ff. de adopt.* & quod notat *Bart. in l. 1. ff. de interd. & releg.* & quæ scribuntur per *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque de success. feud.*

7 Quinto nota ex *textu, ibi, causa vero dotis*, quod quando alienatur res per contractum dotalem, vel donationis propter nuptias; vicinus non potest agere jure congrui contra possessorem. Sed quæro an in donatione propter nuptias requiratur traditio, dicit *glos. & Bald. in l. fin. Cod. de donat. ante nupt.* quod non sufficit simplex confessio, vel promissio animo donandi, & dicit *Bald. in l. si constante eod. tit.* quod ista donatio propter nuptias fit respectu dotis, & ad dotis securitatem, quia plus est habere do-

dominium rei sic donatæ, quam simplicem hypothecam secundum eum ibi.

Item quæro, quid si datur fundus in dotem ea æstimatione, quæ facit emtionem, vel similiter detur æstimatus, an habeat locum jus congrui: respondeo quod sic; quia tunc dicitur contractus venditionis, quasi quod sit res vendita, & pretium datum uxori, & postea illud pretium fuit datum in dotem marito, *arg. l. singularia ff. si cert. petat.* & tunc res data in dotem dicta æstimatione non est dotalis, & potest alienari, ut dicit *Bald. in l. in rebus C. de jure dot.* quia nomine pretii intelligitur de venditione, ut est *glos.* quæ solet allegari pro singulari, in *l. fin. Cod. de præd. cur. libr.* 10. Sed Dominus meus D. Jacobus Caraffa dabat socium in *l.* 1. *ff. de superf.* quando legit *l. ex conventione Cod. de pact.* Et de ista materia, quando datur fundus ea æstimatione, quæ facit emtionem, & quando, ut sciatur valor, & quando simpliciter, & vide in *l. æstimatis ff. soluto matrim. & Bald. in l.* 1. *Cod. de jure dot. & in d. l. ex conventione*, facit ad prædicta, quod dicit *Bald. in l. qui se patris Cod. unde liber.* quod si Princeps concedat aliquod castrum alicui, etiam si loquatur per verbum *indulgemus &c.* tamen si ibi est facta mentio, pretii potius dicitur contractus venditionis quam gratiæ, allegat legem fundi, & *l. fund. C. de princ. agen. in re lib.* 11. vide ibi per eum.

8 Sexto nota ex *textu*, ibi, *& simplicis donationis*, quod quando alienatur res per contractum donationis inter vivos, vicinus non potest petere jus congrui, & hoc jure utimur. Sed ponamus quod hodie emo domum, & tradita est mihi cras, ego postea dono alicui per contractum donationis, an vicinus possit agere jure congrui contra possessorem: videtur quod sic; quia semel quæsitum fuit jus vicino contra emtorem, ergo sine ejus facto ab eo evelli non potuit, ut in regula juris *id quod nostrum*. Item certi sunt modi, quibus tollitur obligatio, ut in *tot. tit. Instit. quib. mod. toll. obligat.* sed emtor est obligatus vicino in hoc jure congrui, ergo sine illis modis non potuit liberari. Sed contrarium determinat *D. Sebast. in tit. de jure congrui*, in verbo *possidet*, scilicet quod omnino isto casu cessat jus congrui, tam contra emtorem, pro eo quia non possidet, quia istud jus congrui dirigitur contra possessorem, ut dixi in fine præcedentis §. quam contra donatarium, pro eo quia non possidet *tit. emtionis*, *sed tit. donationis*, ubi non habet locum jus congrui. Nec obstat, quod semel fuit quæsitum jus contra emtorem, quia illa acquisitio duravit, quantum duravit ejus possessio, & ista conclusio est vera, si antequam res sit effecta litigiosa pro jure congrui, fuisset facta donatio, secus si res postquam sit effecta litigiosa, donavit, puta post litem contestatam, ut *l.* 3. *& in auth. ibi posita Cod. de litig.* & est unum capitulum Regni, incipiens, *conventus*, & sic nota, hunc modum excludendi vicinum a jure congrui. Sed si probatur, quod fuisset factum in fraudem, tunc haberet locum *tit. quæ in fraud. credit.* & præsumeretur tunc facta donatio in fraudem, si præventus a vicino postea donavit, ut *ff. de jud. l. si quis postea*, vel si fiat clam, ut *Cod. de rescind. vend. l. hi qui*. Item si post donationem alienator reperiatur possidere, ut *ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. sicut §. supervacuum*, de quo per *Bart. in l. post contractum ff. de donat.* vel aliter constaret de fraude,

de, ut dicetur infra in §. *sequenti*.

9 Septimo nota ex eodem *textu* quod si donatur res per contractum donationis causa mortis, vicinus non habet jus congrui adversus illam rem, & idem dicendum est in legato, & differentias inter legatum, & donationem causa mortis, vide in §. 1. *Inst. de donat. per Cyn. & Bald. in l. fin. Cod. de donat. caus. mort.* & per Scribentes in *l. sciendum de leg.* Ubi etiam ponitur in quibus donatio causa mortis æquiparetur contractui, in quibus æquiparetur ultimæ voluntati, ut ibi per eos, & pro decisione ista, quod in donatione non habet locum jus congrui, adducitur *text. in l.1.C.de fund. patrm. libr.*11. quem textum allegat ibi *Bald.* Sed tu adde *text. in l. fin. C. de præd. cur. lib.*10.& ubi dicitur, quod emphitenta privati non potest vendere sine consensu domini, sed donare sic, ut notatur *in l. fin. C. de jure emphyt.* de quo per *Jo: Andr. in cap.* 1. §. *donare qualiter olim feud. alien. pot.* & per Scribentes in *l. si dominus* §. *si fundus l.* 1. & per *Doct. in cap. potuit, extr. de locat.* & in istis locis vide alias remissiones. Sic enim dicimus quod prohibita venditione non est prohibita donatio, ut dicta *l. fin. C. de præd. curial. & not. Cyn. & Bald. in l.voluntas C.de fideicom. & Bald. eleganter in l. 2. C. de usucap. pro emto*.

10 Octavo nota ex *textu*, ibi: *ex testamento*, quod si alicui est relicta aliqua res in testamento, hoc est per viam institutionis, vel substitutionis, vel fideicommissi, vel legati, quod vicinus non habet jus congrui per istum *text.* qui indefinite debet intelligi, *ut in l. sed, & si quis* §. *quæsitum ff. si quis caut. & ff. de acquir. hered. l. si quis mihi bona* §. *jussum, facit cap. ut circa de elect. lib.6.* & quod procedit, etiam si res legata non est in testamento, sed in codicillis. Nam appellatione testamenti venit etiam codicillus, ut *not. glos. Inst. de codicil. in princ.* Sed adverte, quia testator tacite, vel expresse non potest prohibere jus congrui, quia testator non potest facere, quod leges non habeant locum in suo testamento, *l. nemo potest ff. de legat.* 1. Sic etiam consuetudine, quæ pro lege servatur, ut in *l. de quib. de legibus*. Nam beneficium concessum a consuetudine auferri non potest a privatis, ut in *auth. de nupt.* §. *si vero secundum Bald. hic*, sed an testamentum, & codicillus veniant appellatione contractus, vide *glos. not. in cap. cum a nobis extr. de testib. & glos. in constitutione Regn. instrumentorum robur*, & tangit etiam *Luc. de Penn. in l. mediterraneæ C. de ann. & tribut. lib.*10.

11 Nono nota ex *textu*, *ibi*: *permutatione*, quod *quando* permutationis res transfertur in alium, vicinus non potest petere jus congrui, per istum *text.* expressum, alias si non esset, *text.* esset dubius. An res prohibita alienari possit permutari: & primo arguitur, quod sicut habet locum jus congrui in venditione, ita habere debet in permutatione; nam ædilitium edictum dicit emtorem accipere domum, dum eam pretio emit, ut *ff. de ædil. edict. l. sciendum* §. *deinde*, & tamen habet locum in permutatione, ut in *d. l. sciendum* §. *si quis permutaverit*, & ratio videtur, quia in permutatione habetur utroque loco, & venditores, ut ibi dicitur, ergo &c.: Secundo, quia appellatione venditionis, & alienationis etiam permutatio continetur, ut *l. statu libero* §. *quintus ff. de statu lib. & ff. ad leg. Flav. de plag. & ff. de lib. caus. l. rectissime, & l. in tantum, & l. vel permutaverit ff. quando act. de pec. est*, *Anna l.* 1. *in auth.*

auth. de non alien. §. *nos igitur* , & §. *alienationis Cod. de rer. permut.* & *l.* 1. & *l. permutationem ff. de doli except. l. apud* §. *si quis autem* , & *in* §. *idem tractat ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. ult. in princ.* & *Cod. de præd. minor. l. non solum ff. de jur. dot. l. Titia cum esset in princ.* & *ista jura alleg.* ad hoc propositum *D. Jac. de Ardia in summ. quib. mod. feud. amitt. in* §. *item prohibetur permutare* , de quo non fecit mentionem *D. Sebast. in consuet. de jure congrui*
12 *in vers. emit*. Tertio pro hoc facit , nam licet permutatio non sit emtio, vel venditio , *l. naturalis* §. 1. *de præscriptis verb.* tamen ad exemplum actionis ex emto , qui permutat , evitare agit ad interesse , vel præscriptis verbis , ut *Cod. de rer. permut. l.* 1. Quarto facit , quia originarii rustici , & censiti absque terra vendi non possunt, ut *Cod. de agric.* & *censit.*, *l. quemadmodum lib.* 10. Quærit *glos. ibi* , quid in permutatione , vel in emphyteusim datione , & post multa tenet , quod illud idem, quod statuimus in venditione , idem dicendum est in permutatione. Sed in contrarium facit *l.* 3. *Cod. de præd. cur. lib.* 10. ubi decuriones prohibentur vendere res immobiles eorum, sed permutare , & donare possunt , & eadem ratione dicimus, *argum. d. l.* quod licet regulariter sit prohibita alienatio fundi dotalis, ut in *l.* 1. *Cod. de fund. dot.* tamen mulier fundum dotale poterit permutare. Item post res dotalis in pecunia commutari, & pecunia in res, si hoc sit utile mulieri , *ff. de jur. dot. l. ita constante* , *cum l. seq.* ad quod *extra de his quæ fiunt a prælat. cap. cum apostolica* & *de his quæ fiunt a major. part. cap.* 1. *ex parte* , ubi dicitur , ut meliora prospiciat , nec videtur alienare mulier, quando permutat in melius , ad hoc facit *de legat.* 2. *l. in partes* §. *fin. cum l. seq. de adim. legat. l. pater*, & quod *not. in auth. sed* & *permutare Cod. de sacrosanct. Eccles.* ergo aliud est permutare , aliud est vendere , dixit *text. in l.* 1. *ff. de rer. perm.* ubi colligitur differentia inter contractum emtionis, & permutationis , & sic videtur , quod non habet locum jus congrui in contractu permutationis: Secundo pro hoc facit, quod dicit *Bald. in l.* 1. *Cod.*
13 *de rer. permut.* ubi dicit: scias , quod nomine permutationis non continetur venditio , nec e contra , ut in *l.* 1. *ff. de contrah. emt.* & *in d. l.* 1. *de rer. permut.* & ita etiam per alia verba concludit *D. Sebast. in d. glos. in verb. emit*: Tertio facit , quia Ecclesiæ possunt inter se permutari , sed non vendi , ut in *cap. ad quæstiones de rer. permut.* & 15. *quæst. ult. c. meminit* 1. *qu.* 1. *c. qui studet* , & sic similiter dicendum est , si in venditione habet locum jus congrui , in permutatione non: Quarto facit quod refert *Jo: And. in addit. Specul. in titul. de emt.* & *vendit.* §. *nunc dicendum* , in additione , quæ incipit , *est medium* , referendo *Guid. Suza* quod statutum de solvendo solum pro illa libra rerum venditarum , non habet locum in permutatione, *arg. l. nec quasi ff. de rei vend.* cum similibus allegat. per *Jo: Andr. ibi* , & hoc verum nisi permutatio esset facta in fraudem juris congrui , & aliquo modo constaret de fraude , secundum eum ibi , idem tenet *Bald. in d. l.* 2. *Cod. de rer. permut.* Unde concludo, quod statutum vel consuetudo loquens de emtione , contra regulas juris communis non comprehendit permutationem , & sic fraude cessante, non habet locum jus congrui , si alienatur res per contractum permutationis, vel per conta-

tractum innominatum. Dicitur autem permutatio unius rei pro alia præstatio, secundum *Az. in sum. Cod. de rer. permut. in princ.* & dicitur fieri, ut certa species detur pro alia, certa, puta domus pro terra, & sic de similibus, *Cod. de rer. permut. l. quoniam asseris*, sed si certa pro incerta, vel e converso erit alius contractus innominatus, ut dicit *Azo in loco præallegato*.

14 Sed juxta hoc quæro. Quidam permutavit fundum cum quadam alia re, & convenit inter eos, ut unus alteri refunderet ultra ipsam rem unciam unam, demum comparet vicinus, & dicit, quod ratione prædicti pretii refusi, iste est contractus venditionis, & non permutationis, quia ex re, & pretio emtio, & venditio contrahitur, & sic petit rem permutatam jure Protomiseos, quæritur quid juris? Respondet *Bald.* hic dicens, clarum est talem rem permutatam cum dicto refuso esse permutationem in totum, allegat quod *not. Glos. in l. dedit ff. de condict. ob caus.* & propterea non habebit locum jus congrui, sed *Bart. in leg. Aristo ff. de donat.* dicit videlicet, quod si principaliter emitur res, licet aliqua species detur, totum erit emtio, *ut l. tenetur* §. 2. *ff. de act. emti*, hinc est, quod dicit *Bald. in d. leg.* 2. quod si non habeo pecuniam pro re emenda, & do tibi fundum, qui valet centum, hic est medius contractus inter emtionem, & permutationem, & habet locum actio ex empto, allegat *Jac. Butr. ibi*, si ergo res detur æstimata, signum est venditionis, secundum *Bald. ibi*. Subdit *Bald. in d. l. Aristo*, quod si principaliter permutatur, licet interveniat refusio pretii, in totum erit permutatio, allegat bonum *text. in d. cap. ad quæstiones, de rer. permut.*, & ibi *Jo: Andr.* In dubio autem si non potest sciri quid principaliter agitur, inspicitur quod plus in pretium refusum, quam res permutata, quia, si pretium est plus, erit emtio; si pretium est minus, erit permutatio, secundum *Bart.* ibi, & hoc etiam tenet *Bald.* in loco extraneo, videlicet in præludiis feudalibus in 2. *c.*, & allegat *ff. de contrah. emt. l. fundi partem, & de act. emt. l. si sterilis* §. *si tibi*,

15 & pro hoc facit; quia in dubio debemus attendere id, quod magis est, & potentius, ut *l. quæritur ff. de stat. lib. hom.* Sed si res est valoris pro medietate, & pretium refusum pro alia medietate, tunc erit contractus venditionis, quia in obscuris debemus accipere benigniorem partem, ut in regula, *l. in obscuris de reg. jur.*, & hoc etiam tenuit *Bald.* in loco præallegato. Sed *Lud. in d. l. Aristo* dicit hoc ultimum esse falsum, quia in dubio debemus dicere ipsum esse contractum permutationis per *l.* 1. *ff. de exerc.* Sed in quantum *Lud.* dicit, quod si quidem Partes verbo permutationis utuntur, erit permutatio; si autem verbo emtionis, erit emtio: in judicando contractum inspicimus principaliter verba contrahentium, *l. qui falsum ff. de donat. & in d. l.* tenet ita, adde quod contrarium tenuit *Bald. in d. l.* 2. *C. de rer. permut.* ubi dicit, quod si Notarius permutationem vocavit venditionem, vel e contra, dicit ipse, quod statur naturæ rei, seu actus, & non verbis Notarii, quia non attenditur nomen contractus sed substantia, & secundum id judicatur, ut *ff. de præscript. verb. l. insulam*, cum sic facit, quod dicit *Bald. in cons.* 32. *incip.* Domina Joanna, Pisana civis, ubi dicit, quod non debemus respicere corticem verbo-

borum, ſed medullam, *alleg.* 1.*quæſt.* 1. *Marchion.* ubi dicit : nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe evangelium, ſed in ſenſu.

16 Sed juxta prædicta quæro . Pone quod aliquis recepit mutuum bona, & obligavit omnia bona ſua, deinde non ſolvit in tempore, convenitur debitor ſuper hypothecaria quadam domo ipſius, & tandem domus illa datur in ſolutum & pro illo debito auctoritate judiciaria, prout notat in *l.* 1. *C. de jure dom. impetr.* an in iſta alienatione neceſſaria pro datione in ſolutum habeat locum jus congrui, videtur quod ſic; quia ille creditur quodammodo rem emere, ut *C. de evict. l. ſi prædium*, ſicut qui recipit litis æſtimationem, videtur vendere, *ff. de uſuc. pro emt. l. litis*, & *ff. quibus in cauſ. in poſſeſſ. eat. l. fin.* In contrarium facit, quia prohibitus alienare, poteſt dare in ſolutum creditori, ut dicebat *D. Antonius Barboſ. in rubr. de reb. Eccleſ. non alien.* in ſecunda limitatione, allegat ad hoc *l. alienationis ff. famil. erciſc.* & quod ibi notat *D. Flor. de Sancto Petro*, & allegat etiam *Alber. de Roſat. in ſecunda part. ſtatutum, in ſecunda quæſt.* Sed ultra cum adde pro hoc facere, quia licet regulariter aliud pro alio invito creditore ſolvi non poſſit, ut habetur in *l.* 2. *ff. ſi cert. pet.* tamen per Judicem poteſt dari in ſolutum res pro re. Ita tenet *Bald. d. l.* 1. *C. de rerum permut. verſic. ſed numquid per Judicem*. Item neceſſitate ductus videtur in ſolutum dediſſe, *ff. de adimend. legat. l. rem legatam*. Item quia titulus pro ſoluto eſt prorſus, & alius quam ſit jus vel titulus pro emtore, ut *ff. pro ſolut. l.* 1. & *ff. pro emtore l.* 2. Unde auctoritate *Domini Sebaſt. in loco præalleg.* & *Specul. proprie in quæſt. noſtra, in tit. de emt. & vendit.* §. *nunc dicendum*, *verſ. ſed pone ſtatutum*, eſt quod propter vocabulorum diverſitatem ſtatutum loquens de emtione, non comprehendit dationem in ſolutum, *argum. l. ſi idem C. de aud.* & *extr. de decim. cap. ad audiendum*, & ſic patet, quod in datione in ſolutum non habet locum jus congrui, & ita practicatur, niſi probaretur quod datio in ſolutum fuiſſet facta in fraudem. Nam fraus ſemper intelligitur excepta, ut in *cap.* 1. *in princip. qualiter olim feud. alien. pot.* Et de iſta fraude dicitur in §. *ſequent.* Et idem dicendum eſt, quod non habeat locum jus congrui, ſi aliquis ponatur in poſſeſſione, ex primo, vel ex ſecundo decreto, vel ex cauſa legati, vel ex alia cauſa, quia requiritur verus titulus, ut habeat locum jus congrui, ſecundum *D. Sebaſt. in allegato loco*.

17 Sed quæro de quadam utili quæſtione. Quidam vendidit domum cum pacto, ut non tranſeat dominium in emtorem, niſi quouſque ſit ſolutum pretium, an interim vicinus poſſit domum petere jure congrui : videtur quod ſic, quia licet *text. in l. cum manu ſata* §. *nemo ff. de contr. emt.* dicat, quod per dictum pactum deſinit eſſe venditio, & tranſit in alium contractum, ſcilicet pignoratitium, vel commodatum &c. ut dicit *Gloſ.* tamen hoc verum intellige, quando iſtud ultimum pactum poteſt transfundere præcedentem contractum validum. Sed quando per hoc pactum annullatur primus contractus, nec ſit transfuſio in alium, tunc annullatur pactum, & remanet primus contractus, & ita concludit *Paul. de Caſtro in conſil. ſuis* in conſilio, quod non vidi, ſed audivi a Magnifico, & Clariſſimo Doct. D. Jo: Bapt. de Bentivoglis, digniſſimo in præſentiarum

Regnis Consiliario, qui hanc causam habuit de facto, ubi dixit Paulum dixisse, quod si fiat donatio causa mortis uxori bonorum præsentium, & futurorum cum juramento, & pacto, quod non possit revocari donatio, quod illud pactum facit illam donationem causa mortis converti in donationem inter vivos, & tamen in hoc casu, si hoc fieret, donatio remaneret nulla, quia tolleret liberam testamenti factionem, & sic pactum est nullum, & remanet donatio causa mortis. Sic in casu isto, de quo quæritur, non potest resultare aliquis contractus validus remanente dicto pacto, contractus erit perfectus, ut vicinus possit petere jus congrui. Facit ad hoc quod voluit *Angel. in quodam suo*
18 *cons.* 2. ad illud propositum de venditione facta pacto apposito quod non transeat dominium, & quod notat idem *Ang. in l. jurisgentium §. sed cum nuda ff. de pact.* Ubi dicit, quod contrahentes non possunt facere, quod vera stipulatio non sit stipulatio, licet possint facere, quod habeat effectum nudi pacti, & sic non possunt facere quod vera emtio non sit emtio, licet possint aliquid deminuere de ejus effectu, & sic petet, quod isto casu habebit locum jus congrui. Sed contra prædicta facit dictum *Bald. in rubr. C. de contrah. emt.* ubi dicit expresse, quod valet istud pactum, quod dominium transferatur, quousque pretium non solvatur, imo plus secundum *Bald. ibi*, quod etiam si ex venditione transactum esset dominium, potest venditor sibi præservare manus injectionem, si pretium non solvatur, ut *ff. de serv. export. l. Titius.* Sed adverte, quia idem Regius Consiliarius subtiliter respondebat, quod istud dictum *Bald.* non habet locum, quando vendita esset res, & de pretio esset habita fides, & postea esset appositum pactum, quod dominium non transiret, nisi pretio soluto, & quod hoc sit verum, dicebat ipse. Nam *Bald. in d. rubr.* arguit primo, quod tale pactum non valet, quia ista traditio non habet intellectum, quem sapit iste contractus, ut in *d. l. cum manu fata*, & postea concludit contrarium; dicendo quod istud pactum est naturale, ut *Institution. de rer. divis. §. venditæ*, quia est de natura venditionis, ut non transferatur dominium, nisi
19 pretio soluto, ergo valet. Si ergo dictum pactum non esset naturale, sed contra naturam, *Bald.* non diceret illud valere, sed diceret non valere, unde, quando habita est fides de pretio, transit dominium, ut in *d. §. venditæ*, merito istud pactum, quod non transeat dominium, ubi habita est fides de pretio, non est naturale, sed contra naturam, & sic potius illud dictum *Bald.* revoluto mantello facit pro, & contra.

Præterea dicebat idem Consiliarius, etiam si dominium non esset translatum, venditio etiam remaneret perfecta, quod ad alios effectus, videlicet quo ad jus congrui, quod competit vicino, hoc apparet per dictum *Bald. in d. rubr. C. de contrah. emt.* ubi dicit, pone, quod facta est venditio uni sine solutione pretii, & sine habita fide de pretio, & cum constitutione precarii, quo casu, non est dubium, quod dominium non est translatum; postea fit venditio alteri cum vera, & naturali possessione, quis erit potior, dicit *Bald.* quod respectu rei venditæ erit potior secundus in agendo rei venditione, respectu publicianæ erit potior primus, ut *l. de pretio ff. de public.* Ecce ergo, quod dominium non erat translatum, & tamen venditio consideratur respectu alio-

aliorum effectuum, & sic videtur, ut tenet idem Doctor, quod vendita domo, licet non sit translatum dominium, dum tamen possideat emtor, vicinus habet jus congrui, alias esset aperta via fraudibus. Nam qui vellet fraudare vicinum jure congrui, emeret cum dicto pacto, & secreto, postea solveret pretium, & sic nunquam vicinus haberet jus congrui, quod non est confitendum, cum semper fraudibus sit resistendum, ne aliquibus fraudes prosint, ut *C. qui mil. non poss. l.* 2. & ne fraudes damnum alteri afferant, ut *ff. ad. Trebell. l. Senatus*, cum multum fraudes conditori legum displiceant, ut *C. de republ. l.*
20 3. Item quæro de alia quæstione. Pone, quod aliquis emit domum cum pacto de retrovendendo intra certum tempus, vel quandocumque, quod intelligitur usque ad 30. ann. ut consuluit *Angel. in consil.* 55. *incip.* Gulielmus, & Franciscus, quia dictio quandocunque non excludit præscriptionem 30. annor. ut dicit *gl. in cap.* 1. *de feud. dato in vim legis commis.* notat *Bald. in l. quod si nolit §. si quis ita ff. de ædilit. edict. Bald. in auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles.* & notat *Ludov. in l.* 1. *ff. de usucap. & Bald. in l.* 1. *§. fin. de legat.* 1. An donec non venerit tempus retrovendendi, possit vicinus petere jus congrui, & habere illam commoditatem, quam habet ille emtor, videtur, quod non, quia tempus, quo cedit, inspicitur, ut in *l. non intelligitur §. quando autem ff. de jure Fisci, & hanc l.* ad præsentem propositum allegat *Bart. in cons. suo* 28. *incipit* Cœcus de Spoleto habens unum filium spurium, *in fin.* Item quia dispositio testamenti non dicitur fieri in vita, sed post mortem, ut notat *in l.* 1. *cum Glos. sua C. de testam. tutel.* Item, quia omnis dispositio judicatur secundum tempus, in quo judicatur effectus, ut *C. de donat. ant. nupt. l. quod sponsæ*, & in *l. in fuga ff. ad leg. Flav. de plag.* & hæc jura allegat *Bart.* ad hoc propositum in *cons.* 99. *incip.* Pater filio suo emancipato, circa medium, & sic talis venditio judicari debet secundum tempus, in quo perficitur, & consequenter, donec non sit transactum tempus, non habet locum jus congrui. In contrarium tamen determinatur, quod aut iste contractus est factus in fraudem usurarum, & sic erat simulatus, & de simulatione con-
21 stat, & tunc non habet locum jus congrui, quia contractus est pignoratitius, ut *l. emtione C. plus val. quod agitur*, & facit *l.* 2. *ff. pro emt.* Aut de simulatione nihil constat, & tunc habet locum jus congrui in venditione facta cum pacto de retrovendendo, quia venditio pura est, licet sub conditione quadam possit resolvi, sicut in pacto adjectionis in diem, ut *ff. de in die adject. l.* 2. & in pacto legis commissoriæ, ut *ff. de leg. commissor. l.* 1. Item istud pactum non potuit præjudicare vicino, quia res inter alios acta, &c. Item quia si venditor postea rem emerit ab illo emtore virtute pacti, tenebitur vicino jure congrui, licet prima venditio resolvatur per secundam, cum certum est primam fuisse perfectam, & propterea vicino competiisset jus congrui, quod non potuit sibi auferri expresse contrahendo: nam quis non posset emere sub pacto, quod vicinus non habeat jus congrui, multo fortius non potest tacite vicinum excludere, *argument. l. cum quid ff. si certum petat.* Nam pactum de retrovendendo non facit suspendere effectum contractus emtionis, & venditionis,

nec

nec facit contractum immo de se licitum est, ut *l. 2. C. de pact. int. vendit.* & ibi hoc *not. Doct. & notat Angel. in l. ad officium in fine C. commun. divid. & Doct. in cap. illo vos de pignor. & in capit. ad nostram de emtion. & vendit.* & ita reperio concludere in effectu *Dominum Sebast. in d. gl. in verbo emit.* Facit quod notat *Bald. in cap. 1. in princ. de feud. dato in vicem leg. commissor.* ubi dicit
22 quod ex pacto de retrovendendo non censetur contractus foeneratitius, quia lex. vel decretum hoc dicit, immo est pars pretii, quia minus valet res cum isto pacto, quam sine, ut dicit *Domin. Abb. in cap. cum in aliquibus de elect. & Barb. in dict. cap. ad nostram*. Sed an si sit vendita sub conditione causali habet locum jus congrui, dicitur quod non, quia non transfertur dominium, secundum *Bartol. in l. si is qui pro emtore 4. quaest. principali ff. de usucap. facit l. cedere diem ff. de verbor. signification.* Item quia res non censetur alienata tempore celebrati contractus, sed tempore, quo contractus sumit vires, *argument. ff. de legat. 3. l. pater filium §. fundum, ff. de servit. rusticor. praed. l. per fundum*, & ita etiam tenet *Domin. Sebastian. in dicta gl. in verbo emit*. Idem si fiat sub modo, ut *l. eas ff. de condition. & demonstration.* Quia purificantur modus, & conditio, ut dicit *Glos. in rubr. C. de his quae sub modo, & ff. locat. l. insula §. fin.* quae jura allegat *Andr. quae sit prima causa benefic. amitt. & in cap. 1. §. item qui de non jure colum. 5.*

23 Sed quaero, creditor habet domum debitoris obligatam pro debito. Iste debitor emit domum hanc a creditore, qui nondum habuit dominium, an habeat locum jus congrui, videtur quod sic, quia debitor potest emere a creditore non adepto dominio, ut dicit *Cyn. in l. 1. Cod. si servus ex test.* Sed hoc non est verum, quia potior est liberatio pignoris, quam emtio, ut dixit, & notat *Bald. ibi*, & consequenter non habet locum jus congrui, etiam si instrumentum dicat, quod vendidit, qui ubi opus de facto, verba non sufficiunt, ut dicit *Bald. in praeludiis feud.* Item quia considerare debemus effectum, & non verba, ut dixit supra *9. notab. in quaest.*
24 *de refuso num.* 14. Sed iterum quaeritur. Pone quod quidam vendidit domum justo pretio, prout declaravit Titius juxta *l. fin. C. de contrahend. emtion.*, & antequam declaret Titius est mortuus, dic quod sic, quia valet venditio pro decem, & quanti plus valet, ut in *l. haec venditio §. fin. ff. de contrahend. emtion.* Sed ista lex parum facit, quia pretium erat certum ibi, ideo determinatur contrarium, scilicet quod iste sit contractus emtionis, sed est innominatus, ex quo oritur actio praescriptis verbis, & consequenter non habet locum jus congrui, pro hoc allego *Bald. in l. contractus C. de fide instrum.* ubi dicit, quod ita *Azo legum, & vas electionis in summa Instit. locat.* & alibi hoc dictum non reperitur secundum eum, quia pretium non est specifice declaratum, ergo non est venditio, ut in *§. pretium Instit. de emtion. & vendit. & in l. fin. C. de contrah. emtion.* & resolvitur in contractum innominatum hoc modo, do tibi rem hanc, ut pretium ejus justum mihi des: & sic contra eum, cui res data est, agitur ad illud actione praescriptis verbis, ut dicunt *Azo, & Bald.* & ita etiam reperio tenere *Ludov. in l. sciendum in 3. charta de verb. oblig.* Sed ipse multum miratur de *Bald.* cum non allegavit ad prae-

præsens propositum, *Glos. singularem in l. si ut certo §. nunc videndum in verb. locato ff. commodat.*, *text. not. in l. si tibi pollicenda ff. de præscript. verb. & Instit. de locat. §. & quæ supra diximus*, *versic. quia de causa*, ubi decidetur, quod si res sit locata ea mercede, quæ postmodum inter contrahentes justa fuerit declarata, iste contractus non erit locatio, sed contractus innominatus, facio ut des, & ideo ad pretium declarandum, agetur præscriptis verbis, & consequenter non habebit locum jus congrui. Sed quid si testator damnavit heredem vendere justo pretio, & emtor obtulit justum pretium, & heres noluit recipere, an sit perfecta venditio, & an si sit translatum dominium, vide *Cyn. in l. 1. C. de leg. in 8. quæst. & Bart. in l. uxori in §. agri ff. de legat., & de legat. 1. l. si fidejussor §. meminisse*.

Decimo nota ex *text. ibi*, ex transactione, quod si litigantes de re stabili transigunt inter se, & per transactionem uni ex litigantibus res ipsa venit, vicinus non habet jus congrui, ex quo infertur quod sub nomine venditionis non comprehenditur transactio. Sicut in simili dicimus, quod licet feudum non possit alienari sine consensu Domini, tamen de eo potest fieri transactio, ut in *cap. si vasallus de suo feud. si de feud. fuer. controv. & in c. 1. de controv. inter vasall. & alium de beneficio*, & in *Spec. in titul. de arbit. §. testat. vers. sed nunquid vasallus*. Fallit in isto Regno per Constitutionem *Divæ memoriæ*. Sed an in compensatione locum habeat jus congrui, dic quod aut præcedit aliquis contractus, in quo habuit locum jus congrui, & in partem pretii vult debitum compensare, & tunc habet locum jus congrui, ut in *l. in tantum ff. de liber. caus.* Aut nullus contractus præcessit, tunc non habet locum jus congrui, quia compensare est donare, ut in *l. Julianus ff. de condit. & demonstr. & not. Doct. in l. si fundum §. Titio fundum ff. de legat. 1. facit l. 1. de verb. signif.* Sed dubita-
25 tur quid in divisione, si per divisionem uni vendidit in partem unam domum, an habeat locum jus congrui, videtur quod sic, quia divisio vicem emtionis continet, ut *C. comm. utriusque jud. in l. divisionem, & ff. commun. divid. l. 7. §. 1.* Nam & qui prohibetur alienare, prohibetur etiam communi dividundo agere, ut *ff. de castr. pecul. l. ex castrens.* Dicunt aliqui, quod eo provocante est alienatio, secus si socius provocat, *arg. C. de fundo l. 2. & ff. de jur. dot. l. cum in fundo §. si fundus C. de præd. mil. l. inter omnes*. Istud non est verum, quia regulariter nemo cogitur stare in communione, *l. fin. in fin. C. de litig. & ff. de condict. indeb. l. si non sortem §. si certum, & C. de Sacrosanct. Eccles. l. jubemus nulli 2. respons.* Item quando per divisionem aliquid obvenit alicui, dicitur habere partem suam, quam primo in communi possidebat, sic divisio non est alienatio, quod juxta *not. in l. 2. ff. comm. præd.* & patet, quia feuda non possunt alienari, sed dividi sic, nisi sit feudum Marchiæ, vel Ducatus, ut in *l. Imperialem §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frider.*, *facit l. 2. §. 1 ff. de reb. eorum, & ff. de petit. hered. l. sed & si leg. §. penult.*

26 Sed rursus quæro. Quid si alienaretur res alicui per laudum, dicit quod talis compellatur ad vendendum tali, an vicinus possit petere jus congrui, si venditur per laudum, de ista materia *Lud. consulit in consil. suo 409. incip.* circa id quod quæritur, & conclu-

cludit, quod non habet locum jus congrui, quia ista lex intelligitur de alienatione voluntaria, non necessaria, ut *not. in l. si pater ff. de legat. 3. & in l. peto §. prædium de legat. 2.* & *in leg. filius quidam §. divi ff. de legat. 1.* & *ff. de administr. tutel. l. quidam §. usq. l. alienatione ff. fam. ercisc., l. divus ff. de pet. hered. & not. And. in cap. si vasallus de feud. controv.* & *Ludov.* allegat rationes in dicto suo consilio, ut ibi per eum. Undecimo, & ultimo *not. ex text. ibi*, & parentes, quod non solum vicinus exclusus est a jure congrui in casibus prædictis, sed etiam omnes parentes, & consanguinei, unde etiam statutum excludens vicinos a jure congrui, intelligitur etiam excludere parentes, quia ubi est eadem ratio, idem jus statui debet, *l. illud cum concord. ff. ad leg.*
27 *Aquil.* Sed an etiam intelligitur exclusus ille, qui est vicinus & consanguineus, videtur quod non; quia habet jura duplicata: & statutum loquens de simplici, non comprehendit mixtum, ut *l. vim passam §. præscriptionem, juxta l. mariti §. hoc quinquennium ff. de adult.* Sed hoc procedit in odiosis, sed in materia favorabili sub simplicibus continentur mixta, *l. 2. in princ. ff. de verb. oblig.* & sic statutum prohibens vicinos, vel consanguineos, in certis casibus a jure congrui est favorabile, quia reducitur ad dispositionem *l. dudum C. de contrah. emtion.* & consequenter comprehendit vicinum consanguineum. Et de ista materia an sub simplicibus contineatur mixta plene per Scribentes in *d. l. 2. & in l. si ita scriptum ff. de liber. & posth. & in l. servis urbanis, in fin. ff. de legat. 3.* & pro ista decisione adduco, quia quando actum consistit ex duabus causis simul junctis a postremo actu, in quo est perfectio formæ, sumit exordium, ut *ff. qui pot. in pign. hab. l. qui potior, ff. ad Trebell. l. si quis priorem*, verba sunt *Bald. in l. si quia mulier in fin. C. ad Vellej.* Sed certum est, quod consanguineus secundum istam legem non habet jus congrui, nisi sit conjunctus, ut dicit iste *text.* §. 1. *ibi:* parentes qui sunt conjuncti, & patet etiam in §. pen. & sic a vicinitate sumit exordium jus congrui, & consequenter excluditur isto casu vicinus non consanguineus, & his attentis iste §. habuit debitum finem.

SUMMARIUM.

1 *Feudum amittitur ob injuriam a Vasallo factam Domino.*
2 *Relictum factum a legatore intelligitur revocatum per injuriam testatori illatam.*
3 *Donatio ex causa injuriarum donatori factarum revocatur: quod limitatur in donatione facta propter benemerita,* n. 4. *& sic decisum.*
5 *Filia peccans in corpus, privatur dote, & legitima ob injuriam factam patri, & sic decisum.*
6 *Hereditas aufertur heredi indigno ex causa injuriarum illatarum defuncto.*
7 *Causa an amittatur propter injurias probatas in judicio pro defensione juris sui.*
8 *Injuria quibus modis consideretur.*

AD primum Notab. ubi propter atrocem injuriam factam venditori
1 jus congrui amittitur, sic etiam per injuriam factam Domino a Vasallo amittitur feudum, ut §. 2. *tit. quibus modis feudum amittatur vers. si Dominum assalierit, Ursil. ad Afflict. nostrum in decis. 370. in fin.*
2 sic etiam Relictum factum a legatore per injuriam testatori illatam intel-

telligitur revocatum, *text. est in l. 3. §. fin. ff. de adimendis legatis*, *Jo: Dilectus in tract. de testam. in cautela 5.* qui etiam dat remedium legatario, vel fideicommissario, ne de legato intelligatur privatus per injuriam te-
3 statori illatam, sic & donatio ex causa injuriarum donatori factarum, ut ait hic *Afflict.* & confirmatur per *Fontanell. de pactis nupt. in glos. 28. claus. 4. num. 5.* ubi *num. sequenti*
4 hoc limitat non procedere in donatione facta ob causam, & propter benemerita, & refert sic fuisse pluries decisum per *Senatum Cataloniæ*, *Peregrin. de jure Fisci in lib. 5. tit. 8.*
5 *num. 6.* sic etiam filia peccando in corpus suum privatur dote, ac legitima, propter injuriam, quæ afficitur patri, ac consanguineis ex causa stupri commissi, vel similis turpitu-
* dinis commissæ in domo Patris sui *, ita *Thesaur. filius in quæst. forensi 60. lib. 1.* ubi citat plures DD. sic *Salyc. in Rubr. C. ad leg. Juliam de adulteriis*, idem *Fontanell.* refert fuisse decisum in *Senatu Cataloniæ loco su-*
6 *pra cit. a n. 13. cum seqq.* sic aufertur hereditas heredi indigno ex causa injuriarum illatarum defuncto testatori in ejus vita, secundum allata per *Peregr. in tit. de ingratis versus defunctus octavo in ordine num. 9. 10. cum sequentib.*

7 Sed an amittatur causa propter injurias prolatas in judicio pro defensione juris sui, videas *Grat. disceptat. forens. cap. 81. num. 5.*

8 Quibus vero modis consideretur injuria, videas *Thesaur. in decis. 229. num. 1.* & quæ sit enormis injuria, quæ atrox, atque atrocissima, videas *Afflictum in constit. Regn. prius quam in Rub. de transactione num. 5. Divum Antoninum* in sua copiosa pulcherrima *Summa in tit. de sententia excommunication. in titul. de percutientib. clericum cap. 2. in §. 3. not. 5. versic. de enormi injuria*, ubi injuria multipliciter consideratur, & *Dominum Regentem Rovitum in pragm. 11. de abolitionib.*

Id vero, quod per *Afflict.* hic dicitur, inquit etiam *Benedellus in eod. tract. in §. & licet fol. 64. a tergo num. 17.*

SUMMARIUM.

1 *Injuria realis, verbalis, & mista, quando dicatur.*
2 *Convicium illatum a consanguineo, alteri consanguineo, non præsumitur animo injuriandi.*
3 *Offensa levis, an sufficiat ad repellendum vicinum a jure congrui.*
4 *Injuriæ ad invicem compensatione tolluntur.*
5 *Injuria a contumelia in quo differt.*
6 *Injurians aliquem proditorem patriæ, inde restitutum a Principe, an teneatur de injuria.*
7 *Injuria, an dicatur dicendo tu es cæcus.*
8 *Quæ sunt consideranda circa inditia injuriarum, ut puniri debeant injuriantes.*

1 NOta differentias inter injurias mere reales, verbales, & mistas; nam mistæ sunt, quando cum facto injurioso fuerit commissum quoddam convicium verborum, juxta *text. in l. 2. & l. 5. & l. mihi ff. eodem*, ita inquit *Muscatell. de delictis in genere tit. de injuriis & famosis libellis*
2 *num. 1. & 6.* sed si convicium fuerit per consanguineum illatum alteri consanguineo, tunc ratione consanguinitatis non præsumitur animo injuriandi factum; ideoque cum eo mitius agendum erit; ut ait *Julius Cla-*

Clarus in q. 60. vers. fin. vide *Menoch. de arbitrariis Jud. in casu* 263.
3 si vero levis offensa sufficiat ad repellendum vicinum ab hoc jure congrui, vide *Rendell. in hoc §. licet in vers. injurias num.* 3. ubi inquit, quod non.
4 Et quid de injuriantibus ad invicem, si compensatione tollantur injuriæ, & an pulsatio sit atrox injuria, vide *Boc. decis.* 168. *num.* 10. & in quo dif-
5 ferat injuria a contumelia, videas *Afflictum* nostrum in *decis.* 307. *num.* 7.
6 quid si injuriando quis aliquem, cum vocaverit proditorem patriæ, qui fuit restitutus a Principe, si tenetur de injuria, vide *Masullum ad Capyc. in decis.* 58. ubi refert, hoc accidisse in personam cujusdam nobilis viri, qui licet fuerit proditor patriæ, tamen
7 fuit restitutus a Principe: & si diceret, es cœcus, an sit atrox injuria; videas *Grammat. in decis.* 14. *num.*
8 10. quæ vero sunt consideranda circa indicia injuriarum, & de pœnis in eis infligendis; & quid de injuriantibus Officialibus Regiis, videas omnino *Foller. in sua praxi criminali in fragment. tit. de injuriis num.* 136. necesse est enim eos ab omni injuria defendere, ait *Imp. Julianus in l. jus Senatorum C. de dignitatibus lib.* 12.

S U M M A R I U M.

1 *Verbum* impius *quid denotet.*
2 *Expilans barbam non manibus, sed alio instrumento in personam vicini causa injuriandi, an procedat, ut agere non possit.*

1 AD secundum Notab. ibi, impias manus, adde, quod hoc verbum *Impius* declaratur per *Rendellam in tract. de jure protomis. in glos. manus impias num.* 1. *vers. manus, & in l. fin. C. de revocandis donation. & in*
2 *cap. fin. extr. de donat.* sed si expilavit barbam, non manibus, sed alio cum instrumento intulerit in personam vicini causa injuriandi eum, videas *Gram. in decis.* 18. *num.* 1. *& Thesaur. decis. Pedem.* 224. & novissimos Campanos in *c. regni in verb. injurias, & Affl. in Const. regn. si quis aliquem.*

S U M M A R I U M.

1 *Vicinus, si se defendens percussit, an puniatur.*

1 AD *vers. sed quid si vicinus se defendendo percussit*, adde *Masc. in concl.* 1133. ubi ait, offensionem ob defensam factam non præsumi animo offendendi fuisse factam, *ut num.* 3.

S U M M A R I U M.

1 *Percussio cum pede, vel alio modo, an offendat, & quid cum baculo, & si in loco periculoso.* num. 3.
2 *Percutiens baculo punitur pœna exilii.*
4 *Percutiens clericum punitur pœna triremium.*

1 AD *vers. sed quid si percussit* cum pede, vel alio modo, videas eundem *Afflict. in commentariis constit. Regn. terminum vitæ num.* 21. *de ho-*
2 *micidiis*, quid vero si cum baculo percussit, vide eundem *Masc. in concl.* 92. & punitur pœna exilii per triennium, ut patet apud *Grammat. decis.* 27. &
3 percutiens in loco periculoso, videas *Masc. in conclus.* 394. ad hoc adde *Viv. decis.* 11. *Carav. super ritib. M. C. V. tit.* 68. *& Thesaur. in decis.* 224.
4 ubi percutiens personam ecclesiasticam punitur pœna triremium per quinquennium; & baculo verberans non animo

mo occidendi, si verberatus decesserit, non punitur pœna ordinaria, ut patet apud *Episcop. Ric. in collect.* 4117. *part.* 9. ubi allegationes *Bilottæ* reportat.

SUMMARIUM.

1 *Injuria illata a conjuncto gravior est, quam illata ab extraneo.*
2 *Injuria facta uni consorti, intelligitur facta alteri.*

1 AD *vers. si ignorabat esse conjunctum*, adde quod injuria illata a conjuncto est gravior, quam ab extraneo, ut ait *Jacobus de Franch. in prælud. feud. quib. mod. feud. cap. quia supradictum §. vasallus numer.* 8. *Anton. Caput. in §. licet in gloss. vel manus impias num.* 1. ubi quid in casu licito, & si per alium fit injuria, & quid ignorante esse conjunctum, idem *in cit. loc. num.* 4. *& num.* 6. *fol.* 193. *ad tract. Rendell. in §. licet*,
2 & si injuria facta uni consorti, intelligatur facta alteri, vide *Muscat. de probat. in concl.* 408. *num.* 10. *decis. Pedem. Cacher. dec.*104. *n.*3. *Surd. decis.* 89. *n.*13. *Gram. dec. S. R. C.* 25. *n.*2. *Ric. collect.* 4087. *posthuma.*

SUMMARIUM.

1 *Percussio an sit incidere pannos?*

1 AD *vers. sed si percussit*, vel offendit venditorem incidendo sibi pannos, adde eundem *Afflict. in const. Regn. si quis aliquem de percussione illicita cum armis in rubr.* 11. *num.* 2. *Benedell. hic in §. licet fol.* 192. *& com. de delict. tit. de injur. tom.*3.

SUMMARIUM.

1 *Familiæ appellatione qui veniant.*
2 *Familiares Episcoporum qui dicuntur.*
3 *Injuria facta uni de familia, an censeatur facta toti familiæ.*
4 *Familiæ appellatione veniunt futuri agnati, & cognati.*
5 *Ejus appellatione an veniant etiam nurus, ac gener.*
6 *Familiæ appellatione venit Princeps, qui militem se appellat, & inter Senatores se connumerat.*
7 *Familiæ appellatione veniunt filii, servi, domestici, & omnes, qui sunt sub victu, vel domo.*
8 *Familiares, & commensales Papæ qui dicuntur.*
9 *Familia qualiter intelligatur.*
10 *Domestici, & familiares qui dicuntur?*
11 *Immunitas gabellæ concessa patri, an pro tota familia dicatur concessa.*
12 *Pistor promittens coquere panem alicui habenti familiam, an sit omnibus adstrictus.*
13 *Bastardi an sint de familia, & si retineant nobilitatem patris, & de aliis.*

1 AD tertium Notabile hujus §. adde, quod appellatione familiæ veniunt omnes ii, qui sunt sub uno servitio, si sint liberi homines, hoc idem firmavit *Baltass. Benedel. hic eodem §. in text.* ibi: *Vel ejus familia*; *& glos. Anton. de Caputo glossat. antiq. hujus Constitut. Friderici impress. in tract. Rendel. in verb. vel ejus familia fol. mihi* 193. & qui dicuntur de familia, videas apud *Alex.* late in *l. ex pacto §. si quis rogatus num. fin. cum pluribus sequentib. ff. ad Trebell. & Bald. in l. pronunciatio §. familiæ*, ubi *Alexand. ff. de verbor. significat. & Bartolum in l. penultima §. fratres ff. de legat.*3. *Ancharanum in consil.* 398. *&*

*Bellamer. conſ.*10. *Card. Tuſch. in concluſ.*72. *num.* 1. & apud doctiſs. *Dom. Reg. Valenzuelam* omni ævo memorandum in *conſ.*57. *Seraph. deciſ.* 1251. *citatos a Novar. in ejus Summa Bullarum in tit. de beneficiorum privat.*
2 *num.* 5., ubi quærit, de familiaribus Epiſcoporum, an poſſit impetrari ab eis beneficia vacantia per privationem, ſtante Bulla Pii Quarti, & qui dicuntur familiares in hac materia privationis beneficiorum, vide *Gomeſ. in regula Cancellar.* 14. *in tit. de impe-*
3 *trat. benefic. vacant. per obitum famil.* immo quod injuria facta uni de familia omnibus de familia cenſetur facta, *Maſcard. de probation. in præcitata concluſion.* 108. *numer.* 11. adde Joannem *Baptiſtam de Thoro in ſuis votis deciſivis voto* 48. *numero* 30. *parte* 1. *& in voto* 19. *num.* 18. & quid ſi injuria eſt facta Officiali, item *in voto* 48. *part.* 1., *& in voto* 77. *&* 87. *part.* 2., & ſi eo exiſtente in ſyndicatu, idem in dicto *voto* 77. & quid ſi Officialis eſt ſupremus, ſed nondum admiſſus ad exercitium officii, adde *deciſ. Sanfel.* 63. *num.* 18. *&* 19. *part.* 1. *& Follerium in prax. crimin. p.*7. *de laud. & fruct. offic. n.* 6. *in fragm. p.* 5. *n.*13. *tit. de injuriis*,
4 & ſi appellatione familiæ veniant tam præſentes, quam futuri, ita ut ſi præſentes aſſentiuntur alienationi alicujus rei prohibitæ alienari, an valeat, & teneat talis alienatio in præjudicium poſterorum, videas *Fontanel. de pact. nuptialib. clauſul.* 4. *num. fin.* 25. ubi refert tres deciſiones, primam *Senatus Burdegal.* 12. & reliquas *Rotæ Lucenſ. Magontii* 91. *&* 92. & an appellatione familiæ veniant agnati, & cognati,
5 & an ſub ea contineantur nurus, & gener, videas *Addentes ad Conſtitut. Regn. ſi damna in col.* 2. *libr.* 16. *fol. mihi* 51. *& Gratian. diſcept. forenſ.* 215. *num.* 15. *&* 17. *& cap.*
6 218. *num.* 2. *& cap.* 645. & appellatione familiæ Princeps continetur, *l. familia ff. de verb. ſignific.* ubi ipſemet Princeps militem ſe appellat, *ff. de re militar. l. in medio*, & inter Senatores ſe connumerat, *l. jus Senatorum C. de dignitat. libr.* 12. & etiam patremfamilias, *gloſſa ſuper Conſtitution.*
7 *Regni ſupra cit. ſi damna*, & quod appellatione familiæ veniunt filii, ſervi, domeſtici, cognati, & omnes, qui ſunt ſub uno victu, vel domo, ut inquit *Caravita ſuper ritu M. C. V. ritu* 46. *num.* 30. ubi allegat *Afflict. in Conſtitut. hujus Regn. juris gentium in notab.* 8. *num.* 19. ubi multa facientia
8 ad rem: qui dicantur familiares, & commenſales *Papæ*, videas *Canonic. Novar. in ſumm. bullar. in tit. de fam.*
9 Si vero familia intelligatur reſpectu omnium, qui in una domo morantur, & quid ſi diviſim habitent, & nomen familiæ ſi ſtricte, vel large ſumendum ſit, ſecundum *Iſerniam in Conſtit. Regni juris gentium lin.* 170. *column.* 1. *fol. mihi* 27. *in verſ. & ſumitur familia*, & qui ſint familiares, vel qui dicuntur de familia alicujus, *Fontanel. in clauſul.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 2. *de pact. nupt. numer.* 68. *Caravita in*
10 *ſupracit. ritu num.* 29. qui dicuntur domeſtici, ac familiares, videas apud *Speculat. in tit. de judice delegato* §.
11 *ſupereſt verſ. item ſi eſt nimis*, circa autem immunitatem ſolutionis gabellarum in perſonam alicujus patrisfamiliæ, ſi intelligatur etiam de tota familia, videas *Peregr. de jure fiſci, tit. de conductor. gabellarum num.* 21.
12 & ſi quis piſtor promiſit coquere panem alicui, qui habet familiam, an ſit adſtrictus omnibus de familia panem coquere, videas *Boer. in dec.*213. *num.*13.
13 An etiam baſtardi dicantur de fami-

milia patris, adnotavimus supra ad §. 1. *notab.* 10. *in vers. item quæro n.*23. & si retineant nobilitatem ipsius, & quid in legitimatis, & ad hoc ut teneat eorum legitimatio, quæ requirantur, adde *Consil. Paschal. de virib. patriæ potest. cap.*2. *in part.*2. & *cap.* 2. *in part.* 4. & an primogenitura probetur ex insigniis, & armis, & nomine, vide doctissimum *Fontan. decis. Cathalon.* 23.

SUMMARIUM.

1 *Injuria remissa vicino, amplius conqueri non potest.*
2 *Remittens injuriam, an censeatur remittere damna & interesse.*
3 *Injuria scienti & consentienti an fiat.*
4 *Injuria an remittatur per subitaneam compensationem.*
5 *Accusare an possint ceteri offensi, stante remissione injurati.*

1 AD quartum notab. ubi injuria remissa vicino, sive tacite, sive expresse, vicinus amplius de ea conqueri non potest, adde *glos. in cap. de iis, cit. per Afflict. hic*, & per dissimulationem injuria censetur remissa, §. *fin. Inst. de injur.* sic etiam per taciturnitatem, *Add. ad decis. Pedemont. Cacher.* 77. *num.* 36. *Castrens. in cons.*
2 148. *col.*2. & injuria remissa an censeantur donata interesse, damna, & expensæ passæ in judiciali foro, *Boer. decis.*52. *Menoch. lib.* 3. *de præsumt.*114. *fol.*215. & *summa Sylvestrina in verb. charitas part.* 1. *quæst.* 6. *circa finem*, *Rev. P. Rodriquez in part.*2. *cap.* 17.
3 *in sua summa*, & si scienti, & consentienti fiat injuria, & quibus ex conjecturis colligatur consensus præfatus, vide *Alvarot. Velasq. in consult.* 3. *n.*
4 16. & quando injuria per compensationem intelligatur remissa, vide *de Thor.*, ubi: *remitti injuriam per subitaneam reconciliationem*, ait in *voto* 5. *num.* 3. vide etiam *Rendell. in gloss. in verb. manus impias numer.* 7. *eod.*
5 *tract.* & stante remissione injuriam passi, an consanguinei ejusdem, qui passus est in sua persona injuriam, accusare possunt illum offendentem criminaliter, non obstante remissione offensi, hanc quæstionem facit *Maranta specul. part.* 6. *de inquisit. fol.* 278. *in ult. impress. num.*38. ubi affirmative, sed limitatur hoc, quando civiliter agitur, ut *n.* 60. *Ricc. in collect.* 4037. *part.*9. *vers. amplia*, & *Surd. in dec.* 79. *n.*4.

SUMMARIUM.

1 *Injuria remissa foro pœnitentiali, an censeatur remissa in foro judiciali.*
2 *Et quando censeatur facta in foro judiciali?*
3 *Quando, & qualiter remittens injuriam facere debet. Et quid venia petita ab inimico?* n.4.

1 AD *vers. sed quid si injuria fuit remissa in foro pænitentiali*, an possit inquietari injurians in judiciali, vide *Navarrum in manual. confessar. cap.* 18. *in tit. de quarto Decalogi præcepto in versic. dixi num.*25. *Sylvestr. in summa in verb. injuria num.* 7. allatum a *Regente Rovito in Pragmat.* 8. *de composit. n.* 13. *D. Thom. in* 2. *quæst.* 198. *artic.* 4. *Reginald. lib.*17. *cap.* 12. *n.* 116. *Dian. p.* 5. *tom.* 4. *resolut.* 103. *Rodriq. in summa casuum conscientiæ cap.* 58. *Marantam in specul. part.* 6. *num.* 89. *in verb. Inquisito*, & alios, ut apud *Martham de success. legal. p.*3. *q.* 14. *artic.* 3. 11. *cum seq.*
2 Secundo, quid si remissio fuit facta plene, an in dicto foro pœnitentiali operabitur etiam quoad forum judiciale,

le, *Rendella* in loco eodem & §. *in verbo sive venditionis num. 6. in vers. & cavebis, Hippol. de Marsil. singul. 246. Vivius decis. 330. Francisc. Marcus decis. 736. Grat. dec. 56. Cappel-*
3 *la Tholosan. decis. 245.* Quomodo, & quando tenetur illas quis remittere, *Divus Antonin. in summa sua cap. 8. §. 3. tit. 5. in 4. part.*
4 Et si inimicus petit veniam, vide *Bart.* in citato loco ab *Afflict.* & eundem *Sylvest. in verb. charitas, quæst. 6. & Rodriq. supra citatum, Cordub. in dec. casuum consc. q. 78.*

S U M M A R I U M.

1 *Actio injuriarum extinguitur per annum, nec ad heredes transit.*
2 *Actio injuriarum tollitur septem modis.*
3 *Actio injuriarum criminaliter intentata, an possit exerceri pendente lite civili.*
4 *Actio injuriarum intentata quoad interesse, an transeat ad heredes post litem contestatam.*
5 *Actio injuriarum competens quænam requirat.*

1 AD *vers. sed quæro n. 6.* adde *Benedellum super eadem, hoc §. in eodem tract. in textu,* ibi, *Vel ejus familiæ in vers. injuriarum actio n.* 20. ubi actio injuriarum extinguitur per annum, & ad heredes minime transit, *text.* est in *l. si ut convicii ff. de injur.* quod similiter confirmatur per *Rendell. hoc in eod. §. licet in vers. si venditoris*
2 *voluntate num. 5.* ubi etiam ait septem modis actionem injuriarum tolli, quorum unus est per mortem injuriati ante litem contestatam, ut in *l. si eadem §. qui injuriarum ff. si quis caution.*
3 & si actio hæc injuriarum intentata criminaliter ad vindictam possit exerceri, pendente causa civili, an autem ea finita, videas etiam *Fontanell. de pact. nuptialibus, in clausula 4. glossa 15. num. 94. part. 2.* ubi allegat *decisiones Rotæ Roman.* & si intentatur quoad interesse tantum, impeditur quoad vindictam, eundem *Fontanell. ubi sup.*
4 *num. 92.* & si actio hæc transeat ad heredes post litis contestationem, *Surd.* inquit quod sic, *in decis. 89. n. 25.* sic etiam *Rendella ubi sup.* & ad hoc,
5 ut hæc actio injuriarum competat, quæ requirantur, remissive apud *Mascardum de probat. in conclus. 303. num. 16.*

S U M M A R I U M.

1 *Heredes defuncti an excludantur a jure congrui, ob injuriam factam per defunctum?*
2 *Heres non repræsentat personam defuncti in jure nondum creato.*

1 AD *versic. sed quid si moriatur injurians,* an heredes possint etiam excludi a jure congrui, sicut excludebatur defunctus, videas pulchram *Benedel.* distinctionem hoc in eodem §. *licet num. 26. fol. mihi 65.* scilicet, quod quando conjunctus vult alienare post mortem injuriantis, tunc heredes injuriantis habent protomisim;
2 heres enim non repræsentat personam defuncti in jure nondum creato, nec active, eo magis quod per mortem tollitur injuria, vide *Aretinum in cons. 122.*

S U M M A R I U M.

1 *Res data in dotem æstimata an faciat venditionem.*
2 *Jus congrui an locum habeat data re in dotem æstimata.*
3 *Æstimatio rei ad quem finem fit.*
4 *Jus congrui quando locum non habeat in re data in dotem marito.*

5 *Cau-*

5 *Causa dotis semper durat.*
6 *Decisio Magnæ Curiæ, ac Sacri Regii Consilii refertur in contingenti casu, non dari jus congrui in causam dotis.*
7 *Jus congrui non datur contra possessorem rei dotalis, vel donationis propter nuptias tam factæ a viro, quam a socero.*
8 *Dos est debitum necessarium.*
9 *Fraus cessat in alienationibus factis causa dotis, & donationibus propter nuptias.*
10 *Res emta ex pecunia dotali est dotalis.*
11 *Res emta ex voluntate mulieris utile ipsi erit.*
12 *Res emta absque voluntate mulieris ex pecunia dotali non est dotalis.*
13 *Mulier in subsidium agere poterit super re emta ex pecunia dotali, sine ejus consensu.*
14 Textus in l. 6. ex ea C. de evict. *non procedit in dote.*
15 *Jus congrui cessans per Constitutionem Regni, an etiam per Consuet. Neapol.*
16 *Consuetudines sunt stricti juris.*
17 *Jus congrui an detur in re donata a patre filiæ, licet ipse remaneat in possessione illius.*
18 *Jus congrui an detur in re data a marito in augmentum dotis.*
19 *Jus congrui, sicuti in re data in dotem pro matrimonio carnali, an autem pro spirituali procedat.*
20 *Alienatio facta rei dotalis in fraudem congrui an valeat.*
21 *Fraus ex variis conjecturis procedit.*
22 *Donatio inter personas conjunctas fraude remota sustinetur.*
23 *Donatio facta in causam dotis, ubi simulatio non præsumitur, an erit valida.*

AD quintum notabile, videas omnino *Rendellam in §. caus. dotis per totum, fol. mihi 169.* ubi distinguit
1 omnes casus, dicens etiam, si detur æstimata res marito, simplicem venditionem non esse, sed fieri causa dotis, & consequenter non esse secundum dispositionem nostræ *Constitutionis*, in qua requiritur omnino venditio simpliciter, non vero causa dotis, ut *num.* 10. quæ cum non consideratur per *Benedell. in hoc eodem loco limitation.* 1. *numer.* 8. *fol. mihi* 67. simpliciter asserit contrarium, limi-
2 tando regulam textus nostri, dicentem jus congrui tali in casu locum habere, etiamsi detur res æstimata, ut apud eundem tenentem esse venditionem, non considerando adhuc durare causam, etiam data re æstimata, ut inquit idem, *ut supra num.* 1. *in*
3 *fin.* æstimatio enim videtur facta vel ut sciatur pro qua quantitate bona viro consignentur, vel ut probari possit valor rei, vel quoad alios effectus, ut inquit *Gratian. in discept. forens. cap.* 745. *num.* 94. 95. *&* 96. de aliis
4 casibus, quando detur dos marito, ut minime in ea locum habeat jus congrui, videas apud *DD. in l. qui res ff. de solut. & in l. si constante ff. de jure dotium, Ursil. ad Afflictum in decis.* 335. *& apud Nicolaum Boer. Novellum in tract. de dote in parte* 8. *privileg.* 19. quem citat hic etiam
5 *Rendell.* dicens in his locum non esse in jure protomiseos, quia semper durat causa dotis, & videas apud eundem *Gratian. disceptat. forens. cap. supracit. tit.* 743. novissime apud *Illustr. Dom. Regentem Capyc. Latrum in decis.* 5. *cap.* 46. *& Dom. Consil. Dexart Hispanum*, olim in Senatu Sardiniæ Senatorem meritissimum, in *decis. ejusdem Sardiniæ Senatus* 22.
6 Verum pro indaganda magis veritate, si in id, quod in facti contingentia fuit annis præteritis in Sacro Re-

Regio Consilio decisum in causa secundæ instantiæ vertente inter Augustinum de Juliis appellantem & Paulum Burgetta appellatum ex altera, super petito jure congrui cujusdam domus per dictum Augustinum contra dictum Paulum possessorem dictæ domus ex causa dotium suæ uxoris Aureliæ Casanovæ. Cujus rei factum ita se habebat.

Nam in anno 1631. per Sebastianum de Crescentio tutorem dictæ Aureliæ, ac qu. Catharinæ sororum utrinque filiæ quond. Agnelli Casanovæ fuere promissi ducati 523. pro dotibus dictæ Aureliæ, dicto Paulo Burgetta ejus viro, pro oneribus matrimonii contracti inter dictos conjuges, quæ dotes consistebant in tot annuis introitibus super quibusdam corporibus, inter quæ erant annui duc. 20. consequendi a Joanne, ac Francisco Cavo debitoribus dicti quond. Agnelli patris pro capitali pretio duc. 250. super quandam domum dictorum de Cavo in specie dicto Agnello obligatam.

Et rescisso dicto contractu, fuit dictis actricibus sororibus præstita assistentia in Magna Curia Vicariæ in mense Julii 1631. super dictam domum in specie dictorum de Cavo ob tertias non solutas, ut eodem in processu; nec non etiam pro prædicto capitali fuit executa quoad caput adjudicationis, & facta adjudicatione dictis Actricibus pro dicto eorum credito, fuit per eandem M. C. Vicariæ consignata possessio, mediante persona supradicti Pauli Burgetta mariti dictæ Aureliæ, totius dictæ domus, ut in fol. 22. in processu: nam alia medietas, quæ spectabat ad sorores de Zappale filias qu. Catharinæ Casanovæ, per eas cessæ ad dictum Paulum, ut ex instrumento cessionis, *fol.* 24. & ideo dictus Paulus possidebat illam jure legitimo, tam pro dotibus ejus uxoris, quam etiam per dictam cessionem sibi factam, & dum prætendebat dictus Augustinus de Juliis impedire dictum Paulum, ut minime ædificare posset in dicta domo; nam lumine privabatur sua domus, a tali prætensione fuit exclusus tam per Magnam Curiam, quam per Sacrum Reg. Consilium, ubi fuit confirmatum decretum Magnæ Curiæ, facto prius accessu super loci faciem, qui de Juliis, dum videbatur se exclusus, direxit se per viam juris congrui instando condemnari dictum Paulum Burgetta ad relaxandum domum prædictam jure congrui, & ex relatione facta in Sac. Reg. Consilio, per Magnam Curiam, fuit per idem S. R. Consilium causa remissa eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, ut provideret ante omnia super petito congruo, ut *fol.* 16. & hoc ad relationem olim Judicis Magnæ Curiæ meritissimi Domini Camilli de la Ratha viri integerrimi, pariterque doctissimi; ubi dato processu per ambas Partes pro compilato, per eandem Magnam Curiam sub die 23. Julii anni 1634. facto verbo, fuit judicatum, non esse locum juri congrui petito per Augustinum de Juliis, ut *fol.* 36. a quo decreto dictus de Juliis appellavit ad Sacrum Reg. Consil. & transmissis actis in eodem Sac. Reg. Consilio, & causa commissa Regio Consiliario Petro Antonio Caravita, dato etiam per ambas Partes processu pro compilato ad relationem ejusdem magnifici Consiliarii in ejus Aula sub die 15. mensis Octobris anni 1635. fuit dictum, bene judicatum per Magnam Curiam in causa appellationis, sub die, ut supra, ad beneficium dicti Pauli Burgetta, & proinde rescribatur eidem Magnæ Curiæ Vi-

ca-

cariæ, quod suum exequatur decretum, videlicet, ut supra, non esse locum juri congrui, & fuit confirmatum decretum ejusdem Magnæ Curiæ, Act. Sac. Reg. Conf. fuit de Catone, qui restituit acta eidem Actuario Magnæ Curiæ de Aveta, penes quem hodie conservantur.

Cui decisioni non tam opitulatur *text.* noster, qui expresse decidit hoc,
7 ut vicinus minime possit obtinere jus congrui adversus possessorem rei alienatæ ex contractu dotali, donationis propter nuptias tam de illa, quæ fit a marito uxori, quam de facta a socero nuri, ut per *Scribentes in d. §. causa vero dotis, & per Benedell. ibid. num. 9.* verum dicebatur etiam pro parte Pauli hanc fuisse dationem in solutum necessariam, in qua jus congrui locum non habet, ut patet ex adnotatis supra per nos, & etiam infra adnotabimus, dum nostra *Constitutio* minime loquitur de datione in solutum necessaria, sed de voluntaria
8 venditione, & quod dos sit debitum necessarium, *textus* est in *l. ult. C. de dotis promiss. l. qui liberos ff. de ritu nupt.* prout etiam advertunt *Raphael Jacob. Puteus, & Pierius in l. post contractum ff. quæ in fraudem creditor.*,
9 ubi dicunt cessare fraudis suspicionem in similibus alienationibus, hoc idem ampliatur in donatione propter nuptias, inquit *Benedel. loco supra citato n.* 1. cum in utroque versetur favor publi-
10 cus, sic etiam quia domus, de qua hic agebatur, erat emta ex pecunia dotali ipsius Aureliæ Casanovæ, & *textus* est clarus, quod res, quæ ex pecunia dotali emtæ sunt, dotales sunt, *l. res quæ ff. de jure dotium, ubi glos.*
11 inquit: *Si res sunt emtæ ex voluntate mulieris, cum mulieri utile sit,* ut in *l. ita constare ff. eodem, & l. si ex lapidiciniis, & l. si mulier infra tit.* 1. *& l. uxor marito ff. de donat. inter virum*
12 *& uxor.* alioquin si sine voluntate mulieris res sit emta ex pecunia dotali, non fit dotalis, ut *glosa in d. l. res quæ*, & sic intelligitur *l. ex pecunia dotali C. de jure dotium, & l. qui vas §. fin. ff. de furtis, ubi glosa in d. l. ex pecunia, in verbo acquirere,* inquit: *Etiamsi maritus emisset ejus nomine,*
13 nisi hoc expresse fuerit actum, licet in subsidium consulitur mulieri, ut super dictam rem possit agere, *dicta l. uxor marito*, in quibus juribus supra citatis, scilicet dicta *l. ex pecunia, & l. si ex ea pecunia C. de eviction.* Pars nitebatur se fundare, diversimode loquuntur, & sunt intelligendæ, prout jacent, ut supra dictum est, nam li-
14 cet *textus in d. l. si ex ea*, velit, ut res emta ex pecunia mea, non sit mea, hoc tamen fallit in dote, ut in *l. si ut proponis C. eodem, & in l. 2. ff. quando ex facto tutoris.*

15 Sed inspecto jure *constitutionis* bene fuit decisum, non esse locum juri congrui in re alienata ex causa dotali, quid autem de jure consuetudinario; nam est certum, nostram consuetudinem *in tit. de jure congrui, incip. si quis emit*, non habere locum in contractu dotali, dum de eo nihil disponit, & in casu, in quo non loquitur,
16 non est extendenda: quia stricti juris sunt, ut inquit *Napodan. in glosa emit, in dicta Consuetud. si quis emit tit. eodem num.* 7. & strictius ejus vocabula recipienda sunt, quod idem dixit in *glosa, præterquam, in vers. præterea, in Consuetud. si quis vel si qua, tit. de success. ab intestato numer.* 182. licet hanc præsentem quæstionem faciat *Camillus Salernus, ut in apostil.* incip. *Quid autem si pater*, posita in *dicta consuet. & Consuet.* 1. *fol. mihi* 334. *post addit. Scipionis Buccini*, ubi idem *Camillus Salernus* decidit negative, ut

jus congrui in ea minime locum habeat, qui loquitur in re donata filiæ in capillo pro dote conſtituenda, licet pater remaneat in poſſeſſione, & proteſtatur, ut tamquam pater, non ut dominus adminiſtratur, citat *Ferranum in Conſuet. Burdegal.* §. 20. *num.* 25. cui adde *Peregrinum de jure Fiſci lib.* 5. *tit. de public. honor. num.*
18 169. quid autem circa rem datam a marito ſuæ uxori in augmentum dotis, vide *apoſtil. Dom. de Alexand.* poſitam poſt *Camill. Salernum*, incip. *fuit de facto*, ubi ait, quod dubium pendet, & apud *Rendell. loc. ſupra*
19 *cit. num.* 14. habetur quod ampliatur non tam in dote temporali, verum etiam in ſpirituali, cum de hac ad illam valeat argumentum, *cap. inter corporalia de translatione Epiſcoporum*, magis eſt favendum matrimonio ſpirituali, quam carnali, ut ait *Benedell.* hic, ceteras ampliationes apud eundem *Benedell. in d.* §. *cauſa vero dotis num.* 7. & 8. *cum ſeqq.* quæ
20 omnia bene procedunt, ſi abſque fraude fiat alienatio in cauſam dotis, ut per Scribentes hic, & *Camillum Salernum in præcitata apoſt.* quæ ex mul-
21 tis objectis dicta fraus, & ex variis conjecturis colligitur, de quibus apud *Bart. in l. poſt contractum ff. quæ in fraudem creditorum*, & *Peregrin. de jure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *a num.* 156. *cum ſeqq.* ſic etiam per *Baldum in l. ſi quis poſt hac C. de bonis præſcripto-*
22 *rum*; unde vicinis minime ſubvenitur tali fraude utentibus; nam inter has perſonas fraude remota, eſſe validam donationem; nam eſt advertendum, ut fatetur *Rendell. hic num.* 14. *verſ. circumſcripta* ex doctrina *Napodani*, ac *Caputi gl. antiq.* & *Afflict. in deciſ.* 338. eo magis quan-
23 do donatio fieret in cauſam dotis, ſimulatio non præſumitur, & circa hanc ſimulationem, & de venditione quando nulla eſt præſumenda, vide *Dom. Reg. Marchionem Tapiam in ſuo ampliſſimo Codice tit. de jure protomiſ. in ſuis adnotat. num.* 52.

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui in ſimplici donatione, vel cum cauſa, ſi in ea fraus ceſſet, valebit.*

2 *Regula vulgata*, hodie emo, & cras dono, *ſimpliciter procedit.*

3 *Cautela ne res donata ſit obnoxia juri congrui, refertur remiſſive.*

4 *Modus agnoſcendi fraudem refertur remiſſive.*

5 *Res quando donatur, ſi ad donatarium non tranſit, ſed illius poſſeſſio remanet penes donantem, fraus præſumitur.*

6 *Fraudibus via non eſt aperienda.*

7 *Apprehenſio poſſeſſionis requiritur in re donata, quod bene procedit in hac Civitate, & diſtrictu*, num. 8.

9 *Venditione prohibita non prohibetur donatio.*

10 *Jus congrui an locum habeat, quod pater donat filio cras rem, quam emit hodie, & quid deciſum.*

11 *Donatio facta a patre filio infanti ad evitandum jus congrui an valeat.*

12 *Deciſiones Sacri Regii Conſilii faciunt jus in Regno.*

13 *Deciſio Sac. R. Conſilii affertur de re conceſſa in emphyteuſim donata inde a patre filiis, ſi locum habeat jus congrui, fraude ceſſante.*

14 *Deciſio Sacri Reg. Conſilii circa donationem ruris emti factam infanti filio, convento donante ante dictam donationem pro jure congrui.*

15 *Clauſula illa*, hodie emo, & cras *dono, quando procedat.*

1 AD ſextum notabile adde, quod in qualibet donatione, ſive fuerit

rit simplex, sive cum causa, dummodo in ea non adsit fraus, jus congrui in ea locum minime habet, ut apud *Marantam in disput. 9. & in tract. de multipl. alien. prohib. vers. 2. & ultim. num. 117. & n. 40. & Afflictum nostrum in decis. 838. in fin. & Ursill. ad eundem, & in decis. alia 370.*

2 An vero regula vulgata, *hodie emo, cras dono*, ita simpliciter procedat, videas *Ursill. ad eundem Afflictum in decis. cit. 338. num. 4.* ubi
3 dat cautelas, ne res donata sit obnoxia huic juri congrui, nec etiam *Napodan.* dat tres limitationes ad hanc regulam supra allatam per eund. *Ursill.*
4 *ubi supr. n. 4.* qui etiam dat modum agnoscendi fraudem, & habetur apud *Scipion. Buccin. in apost.* quæ incipit, *hodie emo, post glossam Napodani n. 45. fol. 334. in consuetud. 1. de jure congrui, & per Camerarium in capit. Imperialem fol. 6. lit. A, ac Marantam ubi supr.* qui etiam modos alios indagandi fraudem dat, ubi ait
5 fraudem præsumi, quando res, quæ donatur, in donatarii manus minime pervenerit, sed remanet possessio penes donantem, juxta *textum in l. si quasi rem Cod. de donat. & l. sive C. locat.* ideo cessat congruum in do-
6 nationibus absque fraude factis, nam fraudibus via non est aperienda, *l. 2. Cod. de iis qui militare non possunt*,
7 requiritur ergo corporalis possessionis apprehensio, ut ait idem *Scipio Buccin. in apost.* incip. *nota hic eodem in n. supra cit. & glos. Napodani supra cit.* ubi etiam *Maranta*; quam regulam supradictam, ut idem *Benedell. in hoc eodem loco*, refert in *ampliatione*
8 *num. 11.* etiam procedere in hac nostra Civitate, ejusque districtu, ut ejus consuetudinario usu, non vere alibi, ut idem *Maranta in supra cit. disput. 9.* ait *num. 9.* ubi testatur sic servatum, sicque decisum in Sacro regio Senatu, cui opitulatur *Dom. Maxilia in Consuetud. Barensi in tit. de retract. & Benedel. eodem in loco, & quid in donatione*, & ita concludendo tenet *Petr. de Gregor. sintagmat. juris lib. 25. p. 3. cap. 7.* ubi *Donationem* (*inquit*) *redhibitioni non subjacere*;
9 prohibita enim venditione, non prohibetur donatio, *textus in l. 1. & fin. C. de præd. decurion. lib. 10., l. 1. Cod. de fund. patrimon. lib. 11.*

Sed si pater donat filio rem, quam hodie emit, juxta illud, *hodie emo, cras dono*, an jus congrui habeat locum, non obstante dicta donatione, adde *Ursillum ad Afflict. in decis. 370. num. 10.* qui negative asserit, fuisse decisum per Sacrum Regium Consi-
10 lium in causa Magn. Ferdinandi Capycii, ubi dubitabatur donationem fuisse factam in fraudem juris congrui, & refert dictam donationem declaratam validam, & jus congrui non habuit locum, cui etiam adde eumdem *Afflict. in dec. 338.* ubi etiam conventos jure congrui fuisse absolutos, ut ipsemet refert in fin. quam decisionem in Civitate nostra Neapolit. & ejus districtu locum habere communiter tenetur, secus extra districtum, per rationem, ut apud *Dominum Riccium in collectan.*
11 *2300. in vers. item jus congrui*, & infra per nos in hoc *eodem §. n. 15.* licet apud *Dom. Rovitum in dec. 3.* probetur contrarium, donationem factam a patre filio infanti ad evitandum jus congrui, esse nullam, sic etiam per *D. Præsid. Anell. de Amato in consil.*
12 *decisivo 44.* quæ decisiones faciunt in Regno, ut ait *textus in l. ultim. C. de legib.* Sic annis præteritis in *S. R. C.* fuit servatum, atque declarando donationem factam filiis esse validam, ut in causis vertentibus in judicio juris congrui inter Silviam Rossam ex una, &

Mutium Fontanam ex altera, ubi res
13 ita se habebat. Facta fuit concessio in emphyteusim per Joannem Baptistam, & alios de Umbrianis Carmino Calvanese aliquarum domorum sitarum in platea Judeæ magnæ hujus Civitatis in anno 1617. sub die 22. Decembris, ut ex instrumento concessionis stipulato, factaque deinde donatione per dictum Carminum prædictarum irrevocabiliter inter vivos Hyacintho, ac Francisco Calvanese ejus filiis legitimis, & naturalibus sub die 27. ejusdem mensis, & anni, ut supra, ex instrumento donationis similiter stipulato, ut ex actis fol. 5. fuit pro parte dictæ Silviæ uti matris, ac legitimæ administratricis dictorum filiorum donatariorum petitum declarari per idem Sacr. R. Consilium, nullum jus, nullamque actionem juris congrui spectare, ac competere dicto Mutio Fontanæ, ut supra, super domos prædictas donatas, sed illas spectare dictis donatariis liberas, ut fol. 1. & compilato processu, & visa in specie supradicta donatione, necnon possessione capta per dictam Silviam, ac locatione, fructuumque perceptione per dictam Silviam uti administratricem, ut supra, visis videndis, & consideratis omnibus considerandis, per idem Sacrum Regium Consilium ad relationem tunc Regii Consiliarii Cæsaris Freccia, fuit per diffinitivum decretum pronunciatum, ac declaratum, ut stante donatione facta per dictum Carminum Calvanesem supradictis Hyacintho, & Francisco Calvanese, fratres conventos absolvendos esse, ac absolvi debere, prout ipsi diffinitiva sententia fuere absoluti, ac liberati a jure congrui petito pro parte supradicti Mutii Fontanæ, & hoc sub die 6. Februarii 1631. in aula 2. ejusdem Dom. Freccia, Actuarius de Amico, nunc Sadonisius pro eodem Amico, ad quam decisionem adde id quod ait *Maranta in disput. 9. num. 25.* donationem tunc esse validam, ac ab ea omnem fraudis suspicionem abesse, quando donator in possessione ejusdem rei non remanet, vel si in eodem instrumento emtionis, ac venditionis non sit donatio, aliisque concurrentibus, quæ tollunt omnem fraudis præsumtionem, ut apud eundem *Marantam num. 26.* quibus concurrentibus, in supradicta causa bene fuit decisum negative, absolvendo conventos:
14 ac secus fuit decisum in causa in eodem Sacro Regio Consilio vertente inter N. de Risis cum Carolo Carmignano, & Scipione Macedonio viris Patritiis, qui Carolus, & Scipio egerunt in eodem Sacro Reg. Cons. adversus dictum N. de Risis, petendo eum condemnari ad relaxandum rus ab eodem de Risis emtum, situm in loco Capitis Montis, ex causa juris congrui dictis actoribus competentis, & ipsum dum per conventum, ut supra replicabatur, non possideri, nam donaverat suæ filiæ minori, curatoris præcedente datione satis aperte per Sacrum Consilium cognitam fuisse factam in fraudem juris congrui, quia conventus de Risis post emtionem statim per eum factam, fuit requisitus ad relaxandum dictum rus, qui post requisitionem ei factam donaverat ejus filiæ, quæ etiam ante captam possessionem, per eum fuit dictus conventus requisitus ad relaxandum rus, & sic satis in fraudem erat facta dicta donatio timore congrui, ita etiam dicta possessio postea fuit cum curatore capta, & ideo bene per Sac. Reg. Consilium, ad relationem tunc Regii Consiliarii D. Didaci Bernardi Zufia, tunc Regentis meritissimi, in Aula Marchionis Sancti Maximi Felicis de Januario, fuit con-

condemnatus dictus conventus ad relaxandum dictum rus ad beneficium magnificorum Actorum, nulla habita ratione de dicta possessione. Actuarius fuit Aguellus de Ferrariis, hodie Spera, & hoc in mense Julii anno 1630. patrocinante pro dictis de Carmignano, & Macedonio actoribus, ut supra olim Mag. U. J. D. Joanne Francisco Vitalinno b. m. de qua etiam decisione meminit *Dom. de Thoro in suis vot. 23. n.79.* ubi tractatur de donatione facta in fraudem congrui ab emtore ejus consanguineo, & refert sic fuisse alias servatum, atque decisum per Curiam Castrimaris de Stabia, ac confirmatum decretum Magnæ Curiæ Vicariæ in causa quorundam Civium ejusdem Castrimaris qui fuere condemnati ad relaxandum certum territorium emtum, & deinde donatum consanguineo, ubi alias refert decisiones, declarando vulgatum illud, *hodie emo, cras dono,* quomodo intelligendum, vide eundem etiam *de Thoro* in suo amplissimo *compend. decis. part. 2. in verb. donatio col.* 2. ubi allegat plura similiter circa donationem factam in fraudem, & videas *Agnellum de Amato*, olim Advocatum primarium, & deinde Præsidentem Regiæ Cameræ Summariæ meritissimum *in suo consil. 93.* quem citat idem *de Thoro in dicto voto num. 9.* de qua cautela, *hodie emo, cras dono*, nos etiam adnotavimus supra *eodem in hoc §. in notab. 6.* ubi etiam diximus hoc procedere de jure
15 nostro consuetudinario, ubi non requiritur denunciatio, secus per *Constit. Sancimus*, ideoque mirum non est, si in donationibus factis de rebus emtis per Cives in hac Civitate, ut plurimum valide judicantur ad beneficium donatariorum, ut ex *consuetud. Si quis emit, tit. eodem*, verum remotis fraudibus, hoc intellige, nam per consuetudinem possum uti dicta cautela, *hodie emo, cras dono*, quia per consuetudinem nemo consideratur, ac requiritur denunciatio, sicut per constitutionem disponitur fieri infra statutum tempus, qua non facta, nulla erit venditio, ut ex *Roberto Maranta in dispat. 9. post suum aureum Speculum* & apud *Scrib.* hic, de quibus omnibus apud eundem *Agnellum de Amato, in suo cit. consilio, & allegat. ejusdem inserta in ampliss. C. juris Regn. 4. per Marchion. Carol. Tapia super dicta consilit*, aliosque citatos ab eodem *de Thoro in dicto voto 23. num. 36. cum seqq.* fraus quibus modis detegitur, videas eundem *de Thoro in eodem voto n. 22. & Marantam ubi supra.*

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui in donatione causa mortis, an detur? ampliatur, & limitatur in donatione conditionali, vel reciproca.*

2 *Statutum circa contractus, an comprehendat donationem.*

AD septimum notab. circa donationem causa mortis, ut in ea non
1 sit locus juri congrui, adde *Benedellum*, qui limitat, & ampliat duobus modis, ut in hoc §. *n. 13. fol. mihi* 68. & primo, si fuerit facta filiosfamilias, cum consensu patris, per textum *in l. tam is §. filiusfamilias ff. eodem*, cui adde etiam si fiat a marito uxori, ut in *l. si eum qui mihi ff. de donat. inter vir. & uxor.* & secundo ampliatur per eundem *Benedellum* in donatione facta per modum remissionis, juxta *text. in l. etiam ff. ad leg. falcid.* secus si sit conditionabiliter donatio, scilicet ut alicui certe personæ vendatur, restringitur primo in locis, ubi non viget statutum hoc, juxta

juxta *cap. certificari de sepultur.* limitatur tertio per *March. Anton. Bardum in eodem tract. quaest. 12. num. 3.* in donatione reciproca, quia tunc venditio dicitur, & hoc jus in ea locum haberet, ut ait *Guid. Pap. in singulari 878. Cassan. in rubr. 10. §. 1.* &
2 an dicatur contractus, & loquendo statuto de contractu, an comprehendat donationem, videas *Gratian quaest. for. 781. n. 34. 39. 40.* in qua, etiam cessat omnis fraudis suspicio, tenet *Ursil. ad dec. Affl. supra 370.*

SUMMARIUM.

1 *Statutum stricte erit intelligendum.*
2 *Extensio quando fiat de uno casu ad alium.*
3 *Statutum loquens de contractu non trahitur ad ultimas voluntates.*
4 *Jus protomiseos, an locum habeat, quando testator mandavit, ut heres vendat rem Titio tantum.*
5 *Testator potest facere, quominus jus retractus habeat locum.*
6 *Testator semper videtur conformari cum statuto, & quando.*
7 *Mens testatoris semper a statuto interpretationem debet recipere.*
8 *Locus, ubi testator decessit, attenditur.*

AD 8. notabile, ibi, *ex testamento,* adde quod haec praeters constitutio ideo non habet locum in testamento; loquitur enim inter vivos: statutum
1 enim stricte est intelligendum, extensionem que non recipere, ut ex notatis, & additis supra in §. 1. & habetur per *DD. in l. non possunt ff. de legib. & Gratian. in cap. 88. quaestionib. forensib. num. 10.* & per *text. in l. 3. §. haec verba ff. de negot. gest.*
2 nisi limitando diceretur, quod quando eadem ratio, quae cadit in uno casu, cadit & in alio simili, tunc fit extensio de dispositio in uno, ut disponatur & in alio, ita *Gratianus* loquendo de jure congrui in *cap. 309. n. 16.* ideoque minime ad ultimas voluntates est trahen-
3 dum; certum est enim, statuta loquentia de contractibus non esse trahenda ad ultimas voluntates, & cum *Afflict.* tenet *Petr. de Gregor. in sintagm. jur. part. 3. lib. 15. cap. 7. ubi in fin.* ait: *In relictis institutionis titulo, vel generalis, vel particularis, neque habere locum redhibutio, idest retractus, nam propter benemerita talia fiunt,* inquit, ut ex allegatis per eum.

4 Sed si testator mandat rem suam Sempronio vendi ab herede, utrum protomiseos locum habeat, vide *Rendell.* qui hanc quaestionem disputat in *§. causa vero dotis in vers. ex testamento, dicto num. 3. cum sequentib. & num. 8. vers. resolvamus, & Benedell. in eodem tract. vers. ex testamento in cit. §. num. 16. vers. limita,* ubi breviter, ac resolutive loquendo, limi-
5 tando nostram constitutionem, dicit habere locum protomiseos in hoc articulo: *Nonne* (inquit) *testator potest facere quominus hoc jus retractus habeat locum, l. nemo potest ff. de legat. 1.* quae lex non tantum habet locum de jure communi, verum etiam municipali, ut ait *Angel. de Perigl. in tract. de servitut. numer. 26. quaest. 9. fol. 409.*

6 Ad id, quod testator semper videtur conformari cum statuto, quando sumus in dubiis, videas circa hoc *Joannem Petrum Fontanellam de pact. nuptialib. glos. 3. claus. 9. part. 2. n. 4.* testator enim semper praesumitur velle id, quod vult jus, ac statutum, *Dec. in cons. 92. num. 3. & cons. 315. num. 20. Ayman. cons. 259. n. 1. Afflict. in dec. 226. num. 4.* ideoque te-

7 sta-

7 statoris mens semper a statuto interpretationem debet recipere, ita *Cacher. decis. Pedemont.* 127. *num.* 2. *fol. mihi* 150. imo testator minime potest facere, ut leges non habeant locum in suo ultimo testamento, *Gratian. discept. fo-*
8 *rens. cap.* 764. *num.* 23. *&* 24. semper in dispositione testatoris attenditur locus statuti, ut decessit, idem *Gratian. discept. forens. cap.* 709. *n.* 10. *&* 11. *Alex. cons.* 14. *num.* 48.

SUMMARIUM.

1 *Retractus in permutatione, an locum habeat.*
2 *Permutatio rei emtæ facta in fraudem præsumitur.*
3 *Res, quando datur æstimata, dicitur vendita.*
4 *Permutatio facta cum massa argenti, pannis, & aliis mobilibus, an valeat?*
5 *Permutatio similis est emtioni, & permutationi.*
6 *Permutatio quænam dicatur remissive.*

AD 9. notab. ibi, *permutatione*, adde quod in permutatione non sit
1 locus retractui, & nota, quod ante *Afflictum nostrum* dixit, ac confirmavit *Dom. Napodan. in consuetud.* 1. *glos. emit num.* 4. *&* 6. & postea idem *Afflict. in decis.* 72. *& Tiraquell. de retract. in* §. 3. *glos.* 1. allatus per *Dom. Scip. Buccinum in addit.* incip. *De validitate*, post *glosam Napodani*, *Cassan. in consuet. Burgund. in* §. 9. *de retract. Boer. in consuet. Biturig. in* §. 1. *& Petr. de Gregor. syntagmat. juris part.* 3. *cap.* 23. *lib.* 25. Verum supradicta conclusio sic firmata ab *Afflict. & ab omnibus Scribentib.* super præsentem constitutionem limitatur, ut apud *Benedell. num.* 18. *loco sup. cit.*
2 si post factam venditionem emtor faceret permutationem, nam talis permutatio censeretur facta in fraudem juris congrui, & in hoc jus congrui, ea non obstante, locum haberet, secundum *Marantam in disp.* 9. aliis tribus modis limitatur, ut per *Marcum Antonium Bardum in tract. eodem quæst.* 12. *num.* 3. *vers. quoad permutationem*, ubi allegat *Novellum in tract. eodem num.* 12. *&* 43. *& Cassan. in rub.* 10. §. 12. ubi allegat *Guid. Pap. in singul.* 878. incip. *si duo donentur sibi*, & confirmatur hic per *Afflict.*

3 Sic etiam, quando res datur æstimata, tunc non permutatio, sed venditio dicitur, ut per *glos. in l. penult. vers. tamen ubi DD. C. de rerum permutat.* sic etiam, quando pars pretii in tali permutatione fuit refusa, vel si esset majus pretium datum, quam res data, ut apud *Boer. decis.* 144. *num.* 2. *& Petrum de Gregoriis in cit. loco ut sup.*

4 Sed quid in permutatione facta cum massa argenti, pannis, aliisque mobilibus, vide *Rendellam hic in* §. *licet vers. ex permutatione, num.* 23. *&* 24. ubi concludit cum aliis negative. An
5 permutatio sit similis emtioni ac venditioni, & consequenter si jus congrui habeat locum in ea, dixit *Ursill. ad Afflictum in decision.* 299. *num.* 2. *& Tiraquell. in eod. loco citato per Afflictum.* An vero permutatio habeat locum in feudis, videas *Afflictum in Constitut. Regn. Constitutionem lib.* 3. *rubr.* 5. *num.* 21. *Dom. de Franch. in*
6 *decis.* 523. & quæ propria dicatur permutatio, videas *Parisium in rubr. C. eodem tit. vers. permutatio vol.* 4. & in quibus æquipolleat venditioni, videas de *Bottis in additione ad Bartolum in l. si cum patruus C. eodem tit. Gratian. discept. forens. cap.* 742. *n.* 43. ubi constitutio loquens de jure congrui circa venditionem, & solutionem non comprehendit compensationem.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Contractus venditionis, vel permutationis an dicatur, quando fit permutatio cum pretii refusionibus ex parte unius tantum.*
2 *Permutatio an locum habeat in rebus ecclesiasticis.*

1 AD *vers. sed juxta hoc quæro*, ubi quando fit permutatio cum pretii confusione ex parte unius tantum, appellandus sit contractus venditionis, vel permutationis, vide ad *Afflictum hic Rendellam, & Maxiliam*, qui tenent esse contractum venditionis, ex *Baldi* auctoritate, ut refert *Rendella ubi supra num. 52. vers. difficultas est*, quibus adde eumdem *in dec. 72.*

Sed contrariam partem cum distinctione conati sunt defendere *Tiraquellus in §. 3. num. 15. & 36.* quæ est magis communis opinio, & *Covar. variarum resolutionum cap. 4. num. 9. lib. 2.* dummodo aliud in contrarium non probetur, quod contrahentes voluerunt appellare contractum venditionis, tamen idem *Rendella in cit. loc. num. 55.* tenet, nunquam ex uno negotio, & actu sub una forma conventionis duos contractus oriri posse, sed unum, ita concludit ipse post longam disputationem quæstionis, ut apud eum videre poteris, qui satis diffuse super hoc scripsit, ita & *Surd. in cons. 257. num. 6. & idem in dec. 7. num. 34.* ubi a paritate rationis, inquit, unicam esse substitutionem, licet in ea plures conditiones sint appositæ, ut in *num. seq.* videas etiam ea, quæ per *Cacher. in decis. Pedemont. 97. n. 25. & Gomez.* qui facit etiam hanc quæstionem in *cap. 2. tom. 2. de emt. & vendit. num. 10.* ubi inquit esse attendendum, ac standum ad id, quod Partes conveniunt inter se; nam in dubio attenditur ad id, quod plus valet, alias distinctiones vide apud eosdem, ac etiam apud *Emanuel. Suar. in additione ad eundem Gomez. ubi supra num. 10. t. 1. C.* ubi citat *Tiraquellum, Pinellum, & Covarruviam in ejus consil.* Pro Salomon. Darderio.

2 Permutatio an habeat locum in rebus Ecclesiæ *, ac patrimonialibus Clericorum, dicas, quod per *Sacrum Concilium Tridentinum in sessione XXI. cap. 2.* minime habet locum permutatio, sicut nec alienatio, nec venditio, ita *Gratianus discept. forens. cap. 159. n. 3.* & nota, quod semper in contractibus venit id, quod verisimiliter inter contrahentes conventum fuit, secundum *Cacheranum in decis. Pedemontana 64. num. 6.* & allegat *Decium in cons. 64. col. fin. & cons. 70. col. penultim.* ad confirmandum id, quod *Rendella*, ut sit unicus contractus, licet plura pacta in eo apponantur.

SUMMARIUM.

1 *Datio in solutum an sit proprie venditio.*
2 *Donatio in solutum an comprehendatur sub verbo* vendere.
3 *Datio in solutum necessaria, non voluntaria includitur sub verbo* vendere.
4 *Laudemium an debeatur pro venditione sub hasta.*
5 *Venditio facta a Judice censetur facta a Patre.*
6 *Jus congrui in venditione sub hasta an detur.*
7 *Constitutio Gregorii XIII. an locum habeat in venditione necessaria, ac voluntaria, affertur decisio Cameræ Apostolicæ.*
8 *Prælatio an detur in datione in solutum.*
9 *Jus congrui in datione in solutum an detur*, & num. 13.

10 *Da-*

10 *Datio in solutum est quodammodo emtio.*

11 *Tituli pro soluto, & pro emtore sunt diversi.*

12 *Consuetudines Neapolitanæ, sunt stricti juris, & non extenduntur.*

14 *Decisio Magnæ Curiæ Vicariæ, ac S. R. C. refertur: & jus congrui an detur in datione in solutum necessaria.*

15 *Socius, seu consors præfertur vicino in jure congrui, & ita decisum* n. 16.

17 *Jus congrui an competat contra singularem successorem.*

18 *Prælatio, seu jus congrui, an detur in venditione rei feudalis sub hasta.*

19 *Prælatio an competat Baroni, si vasallus, seu Universitas vult vendere rem aliquam. Et quando competat prælatio, in hoc casu refertur decisio.* num. 20.

21 *Baro, ut primus civis habet usum in Territorio demaniali.*

22 *An possit prohibere Vasallis pascere in territorio demaniali ipsius Baronis, quoad usum tantum.*

23 *Et an possit prohibere vasallis venationem, ac capturam piscium, remissive.*

24 *Baro potest emanare banda, ut nemo vendat, nisi eo requisito, similiter ne vendat comestibilia.* num. 25.

Quod limitatur pro necessitate sui victus. num. 26.

Et sic decisum est, & quando non attendatur ista decisio. num. 27.

28 *Baro dicitur principalis civis.*

29 *Baro an cogere possit cives ad hospitandum exteros, & decisio affertur.*

30 *Aliud pro alio solvi, an possit invito creditore.*

1 AD *vers. sed juxta prædicta, n.19.* Adde dationem in solutum non esse proprie venditionem, licet vim emtionis, ac venditionis habeat, ut apud *Præsid. de Franch. in decis.* 81. *num. 9. per textum in l. si prædium C. de eviction. & Gozzad. in cons. 90. ad textum in l. eleganter ubi glossa ff. de pigner. act.* ideoque hoc jus in ea minime locum habere; nam in vera venditione habet locum jus congrui, ita *Napodanus in consuetud.* 1. *in verbo emit num.* 7. differunt enim istæ inter se; emtio enim re, pretioque contrahitur, ut ait *Cassaneus in rubr.* 10. §. *9. n. 5.* illa vero re, & causa tantum, ut inquit *Rendella* citando *Petrum de Boar. in summa Rolandini tit. de emt. ac vendit. art. notoria cap. de donatione in solutum in eodem tract. in textu non aliter nisi num. 35. fol. mihi* 84. *vers. item datio, & Rom. cons.* 107.

Pro confirmatione vero dictorum, videas eundem *Napodanum ubi supra num. 7. Bard. in tract. eodem, quæst.* 12. *num.* 4. *vers. quo vero*, statutum
2 enim loquens per verbum, *vendere*, dationem in solutum non comprehendit, ut ait *Joannes Angelus Pisanellus*, quem laboriosissimum appellat *Præs. de Franch. in decis.* 411. *n.* 2. *& in apostilla ad consuetudinem* 1. *eod. titul.* incip. *tenet hic*, ubi refert, etiam sic tenere *Decium in cons.* 88. *& Bologninum Cavalcanum in cons.* 21. qui tenet contrariam partem, videas etiam *Marinum Frecciam in Apostilla seq.* incip. *si datio in solutum*, ubi citat *Alexandr. in cons.* 76. *vol.* 5. *& Decium in cons.* 88. *&* 106. *Camillum Salernum in apostilla sequ.* incip. *ad hoc*, qui multos citat DD. facientes ad rem, & in alia *apostill.* incip. *ultra præfata in ead. consuet.* 1.

Sed *Stephanus de Cajeta in apostilla* incip. *tenet hic*, & *idem Camillus in apostilla supra cit. ultra præfata* dicunt
3 in datione in solutum necessaria hoc esse intelligendum, secus in voluntaria, quæ

quæ fit extra judicium, ita *Capyc. in decis. 99. num.* 4. sed videas *Rendellam*, qui solemniter disputat quæstionem, licet eam arduam appellet, ut in loco supra citato a *num. 19. usque ad 38.* ibique conclusionem firmat contra vicinos, dicens, semper dicendam necessariam ex parte debitoris, si non præcise, saltim causative, ut in *n.46.*
4 *& seq.* quamvis *Præs. de Franch.* teneat laudemium, in ea deberi etiamsi vendatur sub hasta ex causa necessaria, quæ licet necessaria appelletur venditio, tamen negari non potest, quin ortum habeat a debito voluntario, quod evenit post hypothecam contractam, ideoque voluntaria appellanda, ut in *decis.* 488. *n. 6. & 77.* talis
5 enim venditio a Judice fit, & factum Judicis est factum Partis, *Tiraquell. in* §. 14. *num.* 12. *in eodem tit. de retract.* ex juribus ibi citatis per eum, quamvis *Jason. in l. fin. n. 37. &*
6 *38. C. de jure emphyt.* teneat, quod laudemium non debeatur in tali alienatione necessaria, ubi testatur de communi una cum *Baldo in cap.* 1. *colum.* 4. *tit. de prohib. alienat. feud. per Federic.* & alii, qui eadem cum sententia concludunt, sic etiam in venditione necessaria hoc jus non habere locum, tenet *Dom. Marin. Freccia ad Constitution. Divæ memoriæ num.* 8. *& 9. in 6. limit. Dom. de Anna in repetit. ejusdem Constit. n. 252. usque ad 255. Dom. Regens de Ponte in decis. 11. n. 14. Benedel. in eodem hoc tractat. ad principium Constit. fol. 25. num. 122. in 12. ampliatione*, qui tenet in S. R. C. dari jus congrui in venditionibus sub hasta, affirmans esse notorium, adde *Magon. dec. Rotæ Florentinæ* 100. *& Riccium in collectan.* 2300.

7 An vero constitutio Gregorii XII. quæ idem disponit, sicut constitutio hæc nostra, scilicet circa denunciationem habeat locum etiam in venditione necessaria, vel voluntaria, videas ad hoc *Abb. Campanilem in addit. ad ritus Curiæ Archiepiscopalis ritu* 22. ubi *n.* 17. refert fuisse decisum pro alienatione voluntaria, secus in necessa-
8 ria, ut apud Reverendam Cameram Apostolicam de anno 1596. in mense Martii, cui adde *Gratianum discept. forensium cap.* 784. ubi tractat similiter de hac Bulla Summi Pontificis Gregorii XIII. & in *cap. 554. n. 15.* Verum si in datione in solutum habeat locum prælatio respectu directi domini, videas *de Franch. decis.* 482. *Afflictum in dec. 191. ubi Ursill. in additione*, qui binas Sac. R. Consilii decisiones pro domino directo petente prælationem refert ea ratione, cum sit venditio, quæ fit decreto Judicis exequutori mandantis, & factum Judicis est factum Partis, ut ex vulgatis juribus, & *Cacher. in decis. 156. Thesaur. in decis. ejusdem Senatus* 170. *Delphinat. in quæst. 364. Guid. Papa decis. 47. idem in decis. 411. licet Af-*
9 *flict. in dicta decis.* tenet, in tali datione ex causa necessaria non dari prælationem, nec jus congrui, quem sequuti sunt *Napodanus in consuet.* 1. *de jure congrui*, & ceteri DD. allati per *Ursillum ad eandem decis. in princ. una cum Tiraquell.* & quando bona adjiciuntur Fisco, si erit locus retractui, videas *Ferroneum in consuetud. Burdegal. tit. de retractu* §. 12. & postremum videas *decis. Dom. Regentis Sanfelicii* 103. ubi non solum disputat hunc articulum, verum etiam quid juris in venditione sub hasta, videas apud eundem *Benedellum sup. cit.*

Et pro majori corroboratione supra firmatæ sententiæ contra vicinum, ut minime locum habeat in venditione necessaria jus congrui, fuit decisum

per

per Sacrum Regium Consilium in causa eo vertente inter Paulum & Augustinum de Juliis, quæ supra per nos fuit allata, ubi dicebatur pro parte dicti Pauli Burgettæ, domum in actis deductam, de qua agebatur pro pretio congruo per dictum Augustinum, fuisse adjudicatam dictæ Aureliæ Casanovæ ejus uxori, ac Catharinæ sorori dictæ Aureliæ, vigore decreti assistentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ præstitæ ad beneficium dictarum mulierum super dictam domum ex causa eorum crediti, quibus fuit consignata possessio ipsius domus mediante persona dicti Pauli mariti dictæ Aureliæ, ut ex eodem processu *fol.* 22., & sic præter id, quod fuit supra dubitatum circa dotem, si in ea jus congrui locum haberet, fuit etiam dubitatus articulus, si in adjudicatione simpliciter facta, vel in datione in solutum habeat locum jus congrui, vel ne; ubi dicebatur pro dicto Burgetta, quod non;
10 quamvis enim talis datio in solutum sit quodammodo emtio, *dicta l. si prædium C. de eviction.* una cum allatis hic per *Afflictum, & in decis.* 368.
11 *num.* 2. sunt tamen prorsus diversi titulus pro soluto ab illo pro emtore, *l.* 1. *ff. pro soluto, l.* 2. *ff. pro emt.* quibus addo etiam citata, prout supra, *in vers. sed juxta prædicta quæro n.* 16. per *textum in l. si is qui in fin. de usucap. Bart. in l. jurisgentium ff. de pactis, & Moderni in Institut. in tit. de emt. & vendit.* ubi notantur differentiæ circa hos contractus, sed nostræ Consuetudines sub *tit. de jure congrui*, quæ loquuntur tantum in contractu emtionis, & venditionis, locum minime habent in solutum datione, sicut per *Napodanum* concluditur in *ea-*
12 *dem consuet. n.* 6. & 7. stricti enim juris sunt nostræ consuetudines, & intellectum extensivum minime recipiunt, inquit idem *Napodanus super dictam consuetudin. si quis emit in glosa emit num.* 7. licet in eodem loco teneat appellatione venditionis contineri omnem actum, per quem dominium transferatur, ex juribus allatis per ipsum.

Et sic ad beneficium dicti Pauli Burgetta Sacrum Regium Consilium judicavit; quia *Addentes ad Napodanum supra per nos citati* hoc ajunt, & in specie *Stephan. de Cajeta*, qui hanc opinionem tenet, ut in *dicta consuet.* 1. *lit. B*, & habitum fuit pro veritate in hac causa, hanc fuisse dationem
13 in solutum, ex causa necessaria; nam facta fuit per Judicem in forma judicii, dum per Judicum auctoritatem fuit ejusdem Actricibus præstita assistentia per eamdem Magnam Curiam Vicariæ, ideoque hanc esse proprie dationem in solutum necessariam, ait *Afflict. ubi supra in dicta decis.* 191. *& Prosper Caravita in addit. ad eamdem decis.* 191. & ceteri apud *Ursil-*
14 *lum* sic tenentes; igitur sub die mensis Octobris anni 1633. fuit confirmatum decretum prius latum per Magnam Curiam Vicariæ, ubi fuit dictum, non esse locum juri congrui petito per Augustinum de Juliis, & sic ad beneficium dicti Burgetta, referente Domino Judice M. C. V. de la Ratha, *fol.* 36. in processu Magnæ Curiæ Vicariæ, Actuarius causæ fuit Carolus de Aveta.

Et deinde dato processo in Sacro Regio Consilio pro compilato per ambas Partes, per Sacrum Regium Consilium in causa appellationis interpositæ pro parte dicti Augustini appellantis a supradicto decreto per Magnam Curiam contra eum lato, fuit dictum, bene fuisse judicatum per Magnam Curiam Vicariæ, & proinde rescribatur eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, quod suum exequatur decretum, latum ad bene-

beneficium dicti Pauli, ut supra, & hoc ad relationem olim Domini Regii Consiliarii Petri Antonii Caravita eadem in ejus Aula, Actuarius fuit in Sacro Regio Consilio de Catone, nunc Fiscus pro eo.

Imo neque habita ratione prætensorum per dictum Augustinum, qui prætendebat saltim avocare per jus congrui a dicto Paulo possessore dictæ domus, medietatem ipsius: dicebat enim ipse, medietatem tantum spectare ad dictum Paulum in partem dotium dictæ Aureliæ, aliam vero ad Catharinam Casanovam sororem dictæ Aureliæ, cui replicabatur per dictum Paulum, opitulari indubitatam juris conclusio-
15 nem, videlicet, quod ratione rei communis, socius, & rei consors præfertur vicino, de quo articulo supra etiam per nos fuit tractatum, per *textum in l. debitor ff. ad Trebell.* & *in l. si ex*
16 *sextante*, & §. *Latinus Largus ff. de except. rei jud.* actio enim non videtur confusa petenti hoc jus, sic judicatum, ac servatum per Sacrum Regium Consilium testatur *Colut. Coppula in apostilla* incip. *Quid autem si habens domum in consuetud.* 1. *tit. eodem lit. A*, & insuper ad hoc videas omnino *Dom. de Franch. in decis.* 550. *in* 4. *part.* ubi refert, sic servatum ac decisum per idem Sacrum Regium Consilium in causa Pompeji Paschalis Avi mei materni carissimi, contra Petrum de Lutio, videas etiam *Capyc. in dec.* 42.

17 Et si transeunt res ad singularem successorem, quovis titulo peti possit jus congrui contra eum, & si adsit pactum de retrovendendo, quid juris, videas doctissimi *Petri Fontanellæ decis.* 76. *cum sequent.* ubi videas an hoc pactum contra eum experiatur.

18 Et vendita feudali re sub hasta, si detur vel ne prælatio agnato proximiori, videas *Castrens. in cons.* 79. *col. fin. vers. sed dubium, qui cum Roman. in cons.* 107. *& Alex. in cons.* 52. *lib.* 1. *num.* 4. *& Gozzad. in cons.* 103. *num.* 21. *ac Marot. in cons.* 62. *n.* 22. *& Cancer. cap.* 100. *quæst.* 2. *n.* 18. & finaliter *Magon. dec. Florent.* 100. *num.* 2. post ceteros, qui tenent negativam sententiam; pro veritate autem videas *Scarder. de feud. p.* 7. *cap.* 7. *Frecciam de subfeud. lib.* 2. *limitat.* 6. *super constit. Divæ memoriæ num.* 5. *Dom. Reg. de Ponte in cit. dec.* 11. *& Reg. Sanfelic. dec.* 103.

19 An autem detur talis prælatio Baroni, si Vasallus, vel Universitas vult vendere aliquam rem, pro hoc articulo videas in primis Pragmaticam Regis Ferdinandi Primi, ubi statuitur, ut non permittatur Baronibus prohibere Vasallis, ut vendant cuicumque voluerint, sed vendant ipsimet Baroni, quæ incipit, *Officii nostri debitum, tit. de Baronib., & Domin. Judex M. C. Capiblancus tit. eod. de Baron. super eadem Pragmat. n.* 212. ubi tenet negativam partem, dicens nec posse adstringere Vasallos ad sibi vendendum, imo neque locandum, licet
20 secus servatum, atque decisum fuisset in S. Consilio, ut ipsemet refert in causa Marchionis Lauri cum ejus Universitate, ubi fuit data prælatio dicto Marchioni soluto pretio, sicut alii Cives. Actuarius fuit Franciscus Ciof-
21 fus; est enim Baro primus civis, habetque usum in territoriis demaniali-
22 bus, imo neque potest prohibere vasallos pascere in territorio demaniali ipsius Baronis, quatenus concernit usum ipsorum, per *textum in l. usum aquæ C. de aquæduct.* allatum una cum aliis DD. a *Dom. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit.* 32. §.
23 2. *n.* 1. 2. *&* 4. & si Baro potest prohibere vasallos, ne capiant pisces in

in flumine, vide *Annæ sing.* 58. & an venationem in silvis, vid. eumdem in *singular.* 59.

24 Pro habenda tali prælatione Baro non potest emanare banna, ut nemo vendat, eo irrequisito, ut testatur fuisse similiter decisum *Jo. Mar. Novar. b. m. in collect. Pragm. Regni Neap. in Pragm.* I. *tit. eodem de Baronib. collect.* 28. *nu.* 23. *vers. quod autem arbitrarium &c.* in eadem causa Marchionis Lauri cum eadem ejus Universitate, ubi pariter fuisse provisum refert idem *Novarius eod. loc.* eadem

25 in causa habere locum etiam in rebus comestibilibus, videlicet, ut Baro non possit facere ordinationes, ut nemo vendat pisces, & carnes, nisi ipso requisito, videas ea, quæ per *Dom. de Franch. in decis.* 197. & *Capyc. in decis.* 209. *num.* 31. ex doctrina *Bald. in l. observare §. proconsuli* imo non tollitur prima civilitas per supervenientem dignitatem, *textus in l. filiam §. Senatus municipali, l. fin. ff. de Senatorib. & Addentes ad Domini Capycii decis. nu.* 5. Verum

26 hoc supradictum limitatur in casibus, quando Baro per necessitatem sui victus; ac familiæ cogeret ad sibi ven-

27 dendum, sicut inter Universitatem Theani, ac Illustrissimum, & Excellentissimum Principem Hostiliani fuisse decisum, refert idem *Novarius ubi supra num.* 26. nec omittas ad hunc articulum videre *Rendellam de jure pro-*

28 *tomis.* ubi Baro dicitur principalis civis, *Dom. de Franch. d. decis. nu.* 18. *Dom. Regens de Ponte cons.* 47. *num.* 3. *ut in Extravag. Sancimus, in §. in primis, in textu,* ibi, *Sub eodem vitio a nu.* 62. *cum seqq.* ubi de eadem decisione Marchionis Lauri cum ejus vasallis, ut supra testatur, dicens non esse ad talem decisionem attendendum; nam forte illa Universitas hebebat quædam communia cum suo Domino, & ratione consortii habuit dictam prælationem, videas eundem *Rendella in tit. de feud. forest. & aqu. part.* 2. *de defensis Baronum, &* 3. *part. de defensis Univers.* & quod dictum est, non posse Baronem cogere

29 vasallos ad commodandum, etiamque ad hospitandum forasterios, dummodo in contrarium non adsit consuetudo, sicut fuisse decisum inter Universitatem Theani, & Illustrissimum, & Excellentissimum Principem Hostiliani, refert idem *Novar. ubi supra num.* 28.

30 Ad id, quod *Afflict.* subdidit in fine supradictæ hujus quæstionis, quod aliud pro alio, invito creditori solvi non potest, juxta *textum in l. eum a quo C. de solutionib.* sed hæc regula fallit in pluribus, ut per *glosam in d. l. eum a quo.*

SUMMARIUM.

1 *Dictum Domini de Bottis qualiter intelligatur.*

2 *Jus congrui an locum habeat in re loco pignoris habita.*

AD *vers. sed quæro de quadam utili quæstione, num.* 17. adde eundem *Afflictum in decis.* 338. ubi hoc idem ait, & tenet, vide *Covarruviam variarum resolutionum libr.* 2. *cap.* 11. *citatum a Jacobo de Bottis in apostilla ad consuetudin.* 1. *incipientem, In venditione lit. C, & Joannem Angelum Pisanellum,* qui declarando id, quod dicit *de Bottis,*

1 ait hoc procedere, dummodo infra tale tempus non fuerit facta solutio; alias secus si facta solutione, ut *in*

2 *apostilla sequenti lit. C,* sed quid si pacisceerunt inter se, ut res teneatur jure pignoris, *Afflict.* noster facit *decis.* 339. ubi refert decisum, ut jus con-

congrui minime locum habeat in ea, ita *Benedellus in animadversionibus impressis in tractatu juris congrui, Prosperi Rendellæ animadversione, quæ incipit, Est notandum, fol. mihi 367.* pro solutione vero quæstionis, vide *Ursillum ad Afflict. in citata decis. 338. & Paulum de Castro in cons. 101. citatum ab eodem Afflict., & Boer. in decis. 112. ab eodem Ursil. cit. in dec. Afflict.* qui tenet contra *Afflictum*; *& Scipionem Buccinum in apostilla de validitate in consuetud. 1.*, vide *Baldum in quæstion. 12. tract. eodem num. 2.* qui tenet cum *Afflict.* hic, & cum supra citatis DD. & cum *Benedell. ad princ. Const. num. 129.* & *132.* qui similiter ita tenet & *n. 129. vers. quod militat*, ubi inquit, hoc pactum esse naturale, ut donec pretium non solvatur, dominium non transferatur, §. *venditæ Instit. de rer. divis.*

Sed quid in venditionibus factis sub aliis conditionibus, videlicet, causalibus, sub modo, adjectionis in diem, vel pacto legis commissoriæ videas eundem *Baldum ubi supra eodem numer. 129. & eundem Boerium cit. decis. 112.*

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui an locum habeat in re, quæ habetur loco pignoris, vel emtionis.*

2 *Jus congrui an locum habeat super re possessa ab alio non tamen domino, refertur decisio.*

1 AD *vers. sed quæro num. 23.* ibi: *Quod sit potius pignoris liberatio, quam emtio, & consequenter, ut non habeat locum jus protomiseos*, adde *Benedellum in princ. constitut. in 35. limitat. fol. mihi 32. num. 222.* ita *Negusant.* tenet, emtionem non esse cum sit de re sua facta emtio, ut in *tract. de pignor. in memb. 2. part. 7. fol. mihi 266. in volum. parvo in*
2 *ampliat. 14. num. 15.* & si creditori detur jus congrui, qui tenet bona debitoris loco pignoris, & si vel ne contra ipsum uti potest, videas *Ursillum ad Afflict. in decis. 339. Gratian. discept. forens. 526. num. 31. & 32.* hic etiam articulus fuit controversus in supradicta causa inter Dominum Scipionem Macedonium contra dictum Carolum Carmignanum, ubi dicebatur pro parte dicti Scipionis inter alias rationes allatas ad sui beneficium pro excludendo supradicto Carolo a petito jure congrui, quod dictus Carolus, licet erat possessor rei, tamen non dominus, & tenebat rem ipsam loco pignoris, qui deinde per Sacrum Regium Consilium fuit condemnatus ad rem debitori relaxandum, solutis ei ducatis 1300. sui crediti, & fuit in anno 1620. Idem Actuarius, ut supra, & sic non dominus rei a latere, sed possessor rei loco pignoris conservandi, uti creditor, ut ex allatis per Dominum *de Franchis in decis. 69. num. 19. & in decis. 450. num. 3.* & & consequenter dum non habebat dominium, neque jus congrui habere poterat.

SUMMARIUM.

1 *Venditio rei pro pretio declarando per aliquem an sit nulla.*

2 *Obligatio unius ex voluntate alterius dependere non debet. Et qualiter intelligatur.* num. *3.*

4 *Denunciatio sine pretii certitudine nil operatur.*

5 *Promissio dotis an remitti possit ad arbitrium tertii, vel sub voluntate promittentis.*

6. De-

6 *Dominium an transeat in virum, si dos data fuisset in certa re æstimata per certam personam.*

7 *Legatum quando committitur in alterius voluntate, est inutile.*

8 *Dote relicta ad voluntatem alterius qualiter succurratur.*

9 *Maritus ad quid teneatur, quando res æstimatæ in dotem dantur pro æstimatione declaranda per duos, si evenerit casus restitutionis, & quando intelligatur.*

1 AD *versic. ibi, prout declarabit Titius, in eodem versic. sed quæro*, videas *Benedellum, ubi supra in 36. limitat. numer.* 223. imo talem venditionem esse nullam, ut ait *Dom. de Anna in singular.* 375. *mortuo declaratore*, pro quæstione etiam videas *Gomes. variarum resolutionum cap.* 2. *de emt. & vendition. ubi numer.* 19.
2 resolutive respondet, dicens *Obligationem unius ex voluntate alterius pendere non debere*, per *textum in l. in vendentis Cod. de contrahenda emtione & venditione*; sed *in dict. num. in eodem vers.* item, hoc ait esse intelligendum, quando contractus ponitur sub voluntate utriusque contrahentis, de quo supra diximus in principio hujus *Constitutionis* §. 1. circa venditionem factam, & de pretio ad arbitrium tertii collato, cui adde etiam *Gratianum discept. forens. cap.* 472. *n.* 56. & 57. *glosa in l. pacta conventa in princ. in ver. ex glosa in l. pacta de contrahenda emtione & venditione*, inquit:
3 *Pretium emtionis debere esse certum, tamquam unum ex substantialibus con-*
4 *tractus*, & quod denunciatio sine certitudine pretii nihil operetur in hac materia juris congrui, *Tiraquel. de retract. lignag.* §.6. *glosa* 2. *n.* 2. *Surd. in cons.*202. *n.*4. & *cons.* 52. *n.* 52. *lib.*1. & *lib.*2.

5 Sed quid in dotis promissione, an possit remitti ad arbitrium tertii, vel sub voluntate promittentis, vel in arbitrium contrahentis, videas *Baldum Novellum in tract. de dote part.* 6. *in privileg.* 8. & 9. & quid si
6 fuerit data dos in aliqua re consistente, æstimanda per certam personam, an dominium transeat in virum, si ista certa persona non æstimaverit, videas *Soccin. cons.* 56. *vol.*3. *Covarr. pract. quæst. cap.*28. *n.*3.
7 At in legato quando committitur alterius voluntati, dicas esse inutile, *textus* est in *l. Senatus* §. *legatum, ubi glosa, & DD. ff. de legat.* 1. nisi ad causas pias factum fuerit; nam tenet de jure canonico, juxta *textum in cap. cum tibi de testameut.* & de communi opinione testatur *Joannes Dilectus de arte testandi tit.* 6. *de legatis in cautela* 8., & *Tiraquell. de privileg. piæ causæ in* 64. *privil.* de qua etiam communiter testatur *Dominus Episcopus Riccius in addit. ad eundem Tiraquell. in vers. qua tamen fol. mihi* 87. *in nova impress.* de cautelis pro consulendis testatoribus facientibus talia relicta, videas eundem *Joannem Dilectum in præcitata cautela*
8 8. ubi plures refert cautelas, relicta vero dote ad arbitrium alicujus, tunc receditur a persona arbitratoris, & recurritur ad arbitrium boni viri, ne uxor remaneat indotata, quod secus est in augmento dotis, apud *Gratianum discept. forens. cap.*254. *n.*61. &
9 quod res æstimatæ datæ in dotem pro æstimatione declaranda per duos amicos, qui postea non electi sunt, ad quod teneatur maritus, si evenerit causa restitutionis illarum, videas eundem *Gratianum ubi supra citato cap.* 254. *num.* 52. & 53. imo collato pretio ad arbitrium tertii, corruit emtionis contractus, nisi illud decline-

netur, & arbitretur, ab arbitrante juxta *text. in l. fin. C. de contrah. emt.*, §. *pretium Institut. de emt. & vendit.* quod secus est favore dotis: *Tunc enim tertio non arbitrante, recurritur ad arbitrium boni viri, & a persona receditur, & restitutio ipsius non corruit*. Hæc ille: *Gratianus ubi supra, n. 54. & 55.*

SUMMARIUM.

1 *Jus protomiseos, an procedat in transactione rem alienari prohibente.*
2 *Transactio fit de rebus dubiis, & sic super re non controversa non procedit.*
3 *Ubi æstimatio, ibi venditio.*
4 *Retractus non datur, ubi non est pretium.*

1 AD decimum notabile, ibi: *Et transactione*, adde quod per transactionem res non dicitur alienata, & consequenter non esse locum juri protomiseos, sicut hic per omnes *Scribentes* concluditur in *l. ex transactione*, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *num.*
2 60. *in glosa* 14. estque ratio; nam transactio fit de rebus dubiis, juxta *textum in l. ex pluribus in princip. ff. de solut. textus in l. si ita quis §. fin. ff. de verbor. obligationib. nisi de certa re, ubi glosa & Doctor. Cod. de transactionib. glosa in l. age C. eodem*, citatos a *Surdo in decis.* 176. *num.* 2. nam dubium æstimare est difficillimum, *Doctores in l. 2. C. de rescindenda venditione, Domin. de Franchis in decis.* 159. *n.* 7. & super non controversum transactio minime valet, idem *Surd. in decis.* 123. *num.* 19. & ubi æstimatio rei non est, neque ibi pretium erit; pretium enim præsupponit æstimationem, argumento *l. quoties ff. de jure dotium, Domin. de Franchis in decis.* 54. *numer.* 16.
3 ubi enim æstimatio, ibi venditio, *textus in l. fin. Cod. de prædiis curialium lib.* 10., & per eundem *Af-*
4 *flict. in decis.* 72. *num.* 9. ubi non intervenerit pretium, nec ibi adesse potest retractus, *Cynus in l. si non donationis Cod. de contrahend. emt.* allatus a *Benedello in princip. Constitutionis num.* 189.2. *limitat.* sed si post sententiam fit translactio, sed rei dimissio diceretur penes detentorem, & in tali casu locum haberet congruum, juxta notata per *Rendell. hic in vers. ex transactione n. 5. vers. secus*; inducta est enim transactio ad finiendas, ac demoliendas lites, ad *textum in l. ejus rei ff. de condict. indebiti, l. si eam C. de transact.* Sed quid, appellatione pendente, dic posse transigi, ut per *Fontanellam de pactis nuptialib. in claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *numer.* 80. alios casus, in quibus post sententiam potest transigi, videas apud *Mysinger. observation.* 47. *per totam*:

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui in divisione an detur?*
2 *Consocius an præferatur in re divisa.*
3 *Jus congrui an detur consocio inspecta consuetudine Neapolis. Et quid ubi adsint parentes, & conjunct.* n. 4.
5 *Res communis mea est.*
6 *Res communis alienari potest per Fiscum.*

1 AD *vers. quid in divisione, num.* 25. videas *Benedellum in principio Constit. numer.* 73. *fol.* 21. qui refert hanc quæstionem per *Tiraquellum* non fuisse resolutam, licet in affirmativam sententiam inclinatus videtur, quod sit locus juri congrui; quod secus ait *Napodanus*, quem sequitur *Ale-*

Alexand. in apostilla incipiente, *Fuit quæsitum in consuetud. si quis habet post glosam pro indiviso num.* 102. *lit.* G, ubi disputant quæstionem, & concludunt non esse locum congruo, nam
2 consocius præfertur, sicut & condominus ratione sui dominii, qui idem *Anton. de Alex.* refert, sic fuisse decisum in causa Comitis Muri cum Joanne Villamari, ita etiam *Jacobus Anellus de Bottis in apostilla* incipiente *In venditione rei ad consuetudin.* I. *per glosam Parisiensem in* §. 1. *glos.* 19. *n.* 42. *Guid. Papa in decis.* 602. ubi inquit, quod si in divisione tota domus pervenit ad unum ex propinquioribus, cessat jus congrui, ita *Cassaneus in cons.* 144. *Nullus est magis vicinus quam ille, qui pro indiviso possideat*, *Maxilia in consuet. Barensi n.* 10. *de jure contractus*, *& per nos supra in* §. 1. *notab.* 4.

Tamen nota, quod in hoc est considerandum jus nostrum consuetudina-
3 rium, & Constitutio præsens: de jure enim consuetudinario certum est, quod in divisione non habet locum jus congrui pro vicino, sed semper est pæferendus condominus, ac socius rei: de jure Constitutionis, idem est dicendum, sed attenta certa dispositione Constitutionis hujusce, scilicet, ut prius parentes, qui sunt conjuncti, deinde socii vocentur, postea condomini, licet non sint parentes, ut ex *textu ejusdem Constitutionis*, ut ex ejusdem verbis colligitur, ibi: *In primis parentes, qui sunt conjuncti, vocentur,*
4 *postea socii*: sed ubi non adessent parentes, nec socii conjuncti, tunc veniunt vicini extranei, & habentes majorem partem in divisione, & jus potentius, licet non prævenerint, ita apud *Gratianum discept. forens. cap.* 745. *num.* 13. *&* 16.

5 Nec valet dicere, quod dum res communis etiam dicitur mea, juxta *textum in l. servi electio* §. 1. *ff. de legib.* & consequenter in re propria non datur congrui jus, nam improprie, ac ficte appellatur mea, res communis, ut ait *Surd. in decis.* 263. *num.* 2. *per textum in l. illud ff. de ritu nuptiarum*, licet de parte ac re sua; & non de illa socii possit quis disponere, juxta *regulam l. quod nostrum ff. de regulis juris*, quæ fallit in Fisco, qui privilegium retinet rem communem alienandi, etiam quoad partem socii, ad *textum in l.* 2. *C. de communium rerum alienat.* communio enim operatur, ut quilibet habeat partem in re communi, *Gratian. discept. forens. cap.* 116. *num.* 26.

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui an detur in re alienata per laudum.*

2 *Constitutio Regni* Sancimus, *non in alienatione necessaria, sed voluntaria procedit.*

1 AD *versic. Sed rursus, ut in princip. hujus constitut. Sancimus*, videas *Benedellum*, ubi etiam sic tenet limitando regulam non procedere in alienatione facta per laudum, allegat *Capyc. decis.* 99. *Anton. de Nigris super Capitul. Regni, & super hanc eandem constitutionem Sancimus*;
2 nam præsens Constitutio non de alienatione necessaria, sed de voluntaria loquitur, ut supra dictum est, & per *Cagnolum in l.* 2. *C. de pactis inter emtor. & venditorem quæst.* 31. *de Laurent. decis.* 143.

NOVÆ ADDITIONES


AD §. III.

1 RUmmi *ad pag.* 17. *hujus Tomi II. col.* 1. *num.* 5. adducit DD. qui docent Filiam peccantem in corpus suum privari dote, ac legitima propter infamiam, quæ affertur Patri ac Consanguineis ex causa stupri commissi vel similis turpitudinis &c.. Adde quod pro minori causa Filia privatur dote; nam privatur dote Filia, si ante annum vicesimumquintum completum suæ ætatis absque consensu Patris nubat Viro; vel post completum annum vicesimumquintum ex indomita sui animi cupiditate nuberet viro perdito, impudenti, scelesto, improbo, infami, protervo, petulanti, qui familiæ Filiæ incuteret pudorem, ut ex *Regali Constitut.* 10. *Aprilis* 1771. Vide nostram Additionem in *Tom. I. hujus Comment. pag.* 55. *col.* 1. *num.* 1. *& seqq. & signanter pag.* 56. *col.* 1. *num.* 6.

2 *Ad pag.* 32. *col.* 2. *num.* 2. ubi agit Rummi de permutatione rerum ecclesiasticarum. Adde non licere Ecclesiis, & Locis Piis permutare eorum stabilia cum Laicis absque Principis venia, ita dispositum *Regali diplomate* 27. *Augusti* 1771. *sub num.* 5. cujus verba placet hic describere.

3 V. *Sul dubbio, se possano permettersi le permute de' corpi stabili tra' Luoghi Pii suddetti, e le Persone laiche, è venuto la M. S. in dichiarare che non si permettano senza ottenersene la licenza della Maestà Sua, che farà esaminare le circostanze per accordarla o negarla: Partecipo intanto tutto ciò di Regal Ordine a V. S. Illustrissima per intelligenza del Consiglio, e per l' esecuzione ed osservanza nelle giudicature de' casi occorrenti.* = Carlo de Marco = Signor Presidente Marchese Cito.

§. IV.



§. IV.

NIſi forte ſi quis vendendo, vel locando, vel in emphyteuſim dando illis, qui non habent jus Protomiſeos, ſimulate donaverit, aut per legatum dederit &c. Ideoque illi, qui habent jus Protomiſeos poſſunt exigere juramentum ab emtore, & venditore. Si autem poſt juramentum probatum fuerit contra Conſtitutionem noſtram ſimulate egiſſe, venditor, & emtor debent pœnam perjurii ſuſtinere, & inſuper venditor rem amittere debeat, & emtor pretium, & Fiſco applicabitur: Fiſcus autem vendat rem illis, qui habent jus Protomiſeos. Sed ſi ante juramentum probatum fuerit hoc feciſſe, venditio fiet irrita, & cogetur invitus venditor vendere illis qui habent jus Protomiſeos.

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui locum habet in contractibus doloſis, ubi alias locum non haberet, & qui ſint illi contractus, & quomodo probetur*. n. 3.

2 *Pœna contrahentium in fraudem juris congrui, quæ ſit.*

3 *Contractus in fraudem juris congrui, quomodo ſoleant fieri.*

4 *Fraus enervat quod ſequitur ex ea.*

Simulatio contractus quid ſit, & qualiter probari poſſit num. 8. 10.

5 *Probatio nulla major, quam Partis adverſæ confeſſio.*

Probatio per confeſſionem tantum valet, quantum per teſtem.

6 *Teſtimonium nullum manifeſtius, quam qualitas inſpecta verborum.*

Confeſſio facta Parte abſente quid operatur.

7 *Teſtator mandans uſuras reſtitui; ex ipſa confeſſione, Parte abſente, poteſt conveniri, etiam revocato teſtamento.*

Confeſſio extrajudicialis transfert onus probandi in confitentem.

8 *Simulatio inſtrumenti, poteſt per teſtes probari, & quando fallit. Et quot teſtes requirantur*. num. 9.

9 *Teſtis unus de veritate probat ſemiplene.*

10 *Fraus quibus modis fieri poſſit, & probari in contractibus interveniſſe*. num. 11. 15.

11 *Confeſſio inter ſuſpectos emanans dicitur ſimulata.*

Verba enunciativa quando non inducant probationem etiam inter eaſdem Partes.

12 *Confeſſio mariti de dote reſtituta uxori propter inopiam an valeat ſine inſtrumento.*

Debiti confeſſio non probat debitum.

Temporis modicitas quid operetur. n. 16.

13 *Præfationes quem effectum habeant.*

Procemium declarat ſequentia.

Datio in ſolutum quando præſumatur facta in fraudem juris congrui.

14 *Porticus Eccleſiæ gaudet etiam immunitate.*

15 *Connexitas rerum quid operetur.*

16 *Diſpoſitio, quæ concernit partem, trahitur ad totum in individuis.*

17 *Fra-*

17 *Fraus in contractu donationis intervenisse quando præsumatur.*
18 *Donatio simulata ex quibus conjecturetur.*
Terra malos homines educat.
19 *Juramenti vis, & potestas quotuplex sit.*
Contrarium contra juramentum probari numquid possit; & quando.
Verbum exigere *quid importet, & significat.*
20 *Perjurii pœna, & de perjurio multa.*
Deus de perjurio contristatur.
21 *Emtor an habeat regressum contra venditorem de evictione in jure congrui, ubi probatum est perjurium.*
22 *Emtor contra legem mercatus quomodo puniatur.*
23 *Lex imponens pœnam, & non dicens cui, Fisci est.*
Pœnæ, quæ applicantur Fisco pro delictis, censentur jus Regium.
24 *Fiscus non tollit jus vicino per publicationem bonorum in jure congrui.*
Clausula salvo jure cujusque *in omni conclusione videtur apposita.*
25 *Fiscus succedens bonis ex aliquo delicto, habetur loco heredis.*
26 *Fiscus, re evicta, non tenetur, nisi ad simplum, etiamsi expresse sit promissa evictio ultra simplum.*
27 *Perjurium aggravat mendacium.*
28 *Contractus simulatus factus in fraudem juris congrui an sit nullus, vel annullandus.*
29 *Probatio qualis requiratur in jure congrui, ubi venditor fatetur simulationem, emtor vero non.*
30 *Juramentum semiplene probanti non defertur in pœnis inferendis.*

1 DIviditur in tres partes. In prima parte dicit, in quantum dictum est in §. præcedenti, quod in ceteris contractibus non habet locum jus congrui, hoc verum si illi contractus fiant bona fide, & fine fraude. Sed si fiant in fraudem juris congrui, puta contrahentes volentes fraudare vicinum jure congrui, faciunt contractum, in quo non habet locum jus congrui, & in veritate inter eos agebatur de vendendo, isto casu habet locum jus congrui, quia fraus semper intelligitur excepta, & ista pars durat usque ibi, ideo illic; hæc est secunda pars, ubi dicitur qualiter poterit probari fraus, videlicet, quod contractus, in quo non habet locum jus congrui, fuit celebratus in fraudem emtionis & venditionis, & sic in fraudem juris congrui, & dicitur in litera, quod vicinus poterit Judicis auctoritate exigere juramentum a venditore, & ab emtore, si eorum intentio fuit emere, & vendere, vel permutare, vel contractum in quo non cadit jus congrui, & si contractus ille fuit fraudulenter factus, vel simulatus, & si per eorum juramentum constabit de fraude, vel simulatione, habebit locum jus congrui in donatione, vel alio contractu, & si per eorum juramentum nihil constat de fraude nec aliter per probationes de fraude constare poterit, tunc vicinus exclusus est a jure congrui, quia deficit sibi probatio fraudis, & actore non probante, reus absolvitur, & hæc secunda pars durat usque ibi: sin autem post juramentum; & hæc est tertia pars, ubi dicitur, qua pœna puniuntur contrahentes, si postquam juraverunt, quod contractus factus sine fraude, & sine simulatione, vicinus probavit de fraude, vel simulatione, & sic illum contractum fuisse factum in fraudem juris congrui, & dicitur, quod primo punitur pœna perjurii; secundo punitur venditor, & emtor; quia venditor amittit rem, & emtor amittit pretium. At res, & pretium applicantur Fisco, & postea Fiscus tenetur vendere illis, quibus com-

2 competit jus congrui. Sed juxta hoc dubitatur, quæ pœna punientur contrahentes, si antequam exactum fuit juramentum ab ipsis contrahentibus fuit probatum contractum fuisse factum in fraudem juris congrui, dicitur in litera, quod puniantur justa pœna, videlicet, quod tenetur ille emtor vendere minus justo pretio, non ultra dimidiam justi pretii, sed arbitrio Judicis infra dimidiam justi pretii, rem illam illis, quibus competebat jus congrui, hoc dicit usque ad §. *prohibemus*.

Primo nota ex *textu*, quod quando in fraudem juris congrui fit contractus donationis, vel dotis in solutum, vel permutationis, vel alterius contractus, in quo non habet locum jus congrui, quod nihilominus per fraudem, vel simulationem adhibitam inter contrahentes, habet vicinus jus congrui, ut hic, quia in omni dispositione fraus semper intelligitur excepta, ut in *l. creditor §. Lucius ff. mandati, & in l. si pater ff. de privilegiis credit. & in cap. 1. qualiter olim feudum alien. pot. & in l. Imperialem §. calidis de prohibita feud. alien. per Feder.*

3 Secundo nota ex *textu*, quod illud, quod fit in fraudem, non valet in præjudicium illius, cujus fit fraus, ut *hic*, & in *l. 2. in princ. ff. de jure fisci, & ff. de doli except. l. apud §. si quis, & ff. de calumn. l. 1. in princ. & C. mandati, l. ult. §. sed & si quis, & C. de bono subl. l. 1. & C. de fund. patrim. l. fin. lib. 10. & de præd. cur. eod. lib. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. fin. & in d. §. calidis*.

Tertio nota ex *textu*, ibi *simulate donaverit*, quod illi, qui volunt fraudare vicinos jure congrui, faciunt cantare instrumentum in forma donationis, in quo contractu non habet locum jus congrui, & postea occulte solvunt pretium, arg. *d. l. fin. §. sed & si quis C. mandati*; aut rem occulte susceperit, & sic fit fraus de contractu ad contractum, juxta dicta in *cap. quanto de privil. & in l. fraus ff. de leg. & in leg. certum de reg. jur. in 6.*, sicut dicitur in uxore, quæ non potest donare viro, per *tit. ff. de donat. inter vir. & uxor.* si vendit rem marito, & confitetur pretium recepisse, non valet venditio, ut *ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si sponsus*, quia est simulata per *tit. C. plus valere quod agitur*, sic in casu nostro non valet donatio in præjudicium vicini, quia est facta in fraudem juris congrui, ut *hic*, & si vicinus putaverit habere jus congrui, sicut si venditio facta esset, & idem
4 si fieret fraus de contractu venditionis ad alios contractus, in quibus non haberet locum jus congrui, quia si quid fiat in fraudem, non valet quod sequitur ex eo, vel ob id, ut in *l. non dubium C. de legibus*, & notat *Hostiens. in summ. de emtion. & vendit. §. qualiter rescind. versic. illud autem*, quid autem sit simulatio, notat *Bald. in l. si ex pretio C. si cert. pet.* & quoniam materia simulationis est dispersa in jure, & de hoc reperiuntur multi tractatus, & multa consilia diversorum Doctorum, & ego istam materiam plene examinavi per plures chartas, sunt circa tres anni, in *cap. 1. de feud. dat. invicem leg. commiss. de usib. feud.* ideo mea omitto, maxime cum hic non sit in materia sua, nec convenit materiam unius loci trahere ad alium, *§. fin. Instit. de jure person.* sed tantum hic dicam in sequenti notabili ea, quæ faciunt ad præsentem materiam.

Quarto nota ex *textu* modum probandi, contractum fuisse factum in frau-

fraudem juris congrui, videlicet, quod vicinus possit exigere juramentum a venditore, & emtore, videlicet, an contractus donationis, vel dationis in solutum, vel permutationis, & similium fuit in fraudem juris congrui, & simulate conceptus, & si ipsi juraverint timentes eorum conscientiam, & perjurium, quod in veritate inter eos agebatur de vendendo, sed ut fraudetur vicinum jure congrui, fecerunt
5 contractum donationis &c. certe probata est fraus, quia nulla melior probatio, quam Partis adversæ confessio, ut in *l. qui de inofficioso testam. in fin. ff. de inoffic. testament. & cap. quoniam per confessionem de privileg.* & alibi dicitur, quod tantum valet probare per confessionem, quantum per testem, ut in *d. l. si de inofficioso, & ff. soluto matr. l. Titia, & C. de transact. l. cum te, & l. si de possessione*, & notat *Andr. in cap.* 1. *qui test. sint necess.* immo quando confitentur, non sunt necessarii testes, secundum *And.* ubi supra, & patet *Matth.* 14. *&* 25. *cap.*, ibi: *quid adhuc egemus testibus*; pro quo est *text. C. de donat. l. illam*, ibi: *quid opus est testibus, &c.* unde si pars confitetur aliquo modo, quod volebat emere, vel se examinando, tanquam principalem, ut solet sæpius contingere, dicit, quod se refert ad instrumentum venditionis, & instrumentum cantat de donatione, vel de datione in solutum, & sic appellat donationem, vel dationem in solutum venditionem, certe probata est intentio vicini, quia loquela sua manifestum se facit, dicit *Bald. in cons. schematis posito in rubr. C. si aliquem testar. prohib. & in l. tres denunciationes C. quomodo & quando jud.*
6 nullum enim est manifestius testimonium, quam qualitas inspecta verborum, secundum *Cassiod.* quem refert *Bald. in l. ad cognoscendas C. de ingen. man.* sed quid de confessione facta, Parte absente, confessi fuerunt, contractum fuisse factum in fraudem juris congrui, an talis confessio probet contractum simulatum: certe sic, quia talis confessio licet non sufficiat ad obligationem inducendam, sufficit tamen ad probationem faciendam, ut notat *Cyn. in l. ad quidquam §. ubi decretum ff. de offic. proconf. & in l. generaliter C. de non numerata pecunia*, per *l. Publia §. fin. ff. depositi*, & notat *glos. in l. cum de indebito §. fin. ff. de probat.* Item sufficit etiam ad liberandum, ut in *cap. ex parte de confess. & in l. si confessus ff. de custod. reor. & in d. l.* 1. *§. si quis absentis de confess. & in l. non solum §. liberationis ver. sic ff. de lib. legat. & Bartol.* consuluit in *cons. suo incip. In Dei nomine Amen.* In primis est videndum an confessio facta, Parte absente, de quo per *Lud. in l. nuda ratio ff. de donat.* item confessio facta, Parte absente, est valida, quando intendit ad declarationem actus, qui erat ambiguus, secundum *Bart. in l. cum qui decedens §. si codicillis ff. de legat.* 3. item ex his, quæ quis dicit extra judicium, Parte absente, inducitur vera probatio causa sui, ut dicit *glos. in l. fulcimus §. quod autem ff. quib. ex caus. in poss. eat.* licet *glos.* illa nihil alleget, tamen *Bart.* in eam expresse approbat per *l. quæro §. fin. de ædilit. edict.* facit ad hoc *glos. in cap. quamquam super versic. idoneæ de usur. lib.* 6. ubi si
7 testator mandat usuras restitui, quod ex ipsa confessione, Parte absente, potest conveniri, etiam revocato testamento, & hoc est speciale in odium usurarum, regulariter tamen contra, ut notat *Bart. in l. Lucius §. quisquis de legat.* 2. sed pro hoc facit *glos. in §. aliæ Institut. de act.* ubi dicit, quod

quod in his, quæ dependent ex voluntate nostra, statur pleno nostro dicto cum juramento, sed sine sacramento semiplene, & pro hoc videtur *in cap. si vero aliquis de sent. excom.* & est alia *glos. in cap. significasti de hom.* & illam *glos.* allegat *Bald. in cons. schematis in* 10. *colum.* hoc etiam notat *Bart. in l.* 2. §. *si a pupillo ff. pro emt.* & sic patet, quod ex confessione facta extra Judicium transfert onus probandi in confitentem, & consequenter inducit probationem, ut notat *Bald. in l. cum falsas C. de jur. & facti ignor.* item confessio extra judicium operatur ut pactum nudum, secundum *Bart. in l. omnibus* §. *fin. ff. de pact.* item operatur indicium ad torturam, ut in *capite quinto per Bart. ff. de adult.* & tenet *Rota decis.* 180. quæ incipit, *licet confessio*, & aliquando potest ex tali confessione damnari, ut tenet *glos. in cap. per inquisitionem de elect. & ibi Innocent. & glos. Jo: qu.* 1. *cap. multi*, *& in cap. quam sit grave de excess. Prælat. & in cap. at si Clerici de judic.*

8 Secundo dico, quod potest probari fraus, & simulatio per testes, & ipsis testibus creditur contra instrumentum, dicit *glos. in auth. de fide instrument.* §. *si vero aliquis*, *& glos. in l. illicitus* §. *veritas ff. de offic. Præsid.* licet aliter *glos.* dicat in *d. l. generaliter*, tamen *Jacob. Butr.* ibi tenet, simulationem instrumenti posse probari per testes, hoc etiam expressius tenet *Bald. in l.* 1. *C. plus valere quod agitur*, *& Petr. de Perus. & Jo: de Imola in cap. ad nostrum de emt. & vendit.* & pro hoc facit *l. multum C. si quis alteri vel sibi*, *& C. de donat. inter vir. & uxor. l. non est*, *& l. si filii*, fallit secundum *Petr. de Perus. in d. cap. ad nostram*, nisi contractus esset factus in scriptis, ita quod scriptura esset de substantia contractus ipsius, quia tunc non possit probari contrarium, nisi per contrariam scripturam, ut notatur in *d. l. generaliter*: Secundo fallit, quando ex scriptura resurgeret probatio juris, & de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ut in *cap. is qui de spons.* & notat *Cyn.* in *l. ob causam C. de contrah. & commit. stipul. & l. antiqua C. ad Vellejan. & in l. fin. C. arb. tutel.* Sed hoc est verum nisi probatio sit admissa contra præsumtionem juris, & de jure; nam tunc valeret, ut dicit *Innoc. in cap. fraternitatis de frigid. & malefic.* & de isto dicto facit textum, *Ludov. in l. certi conditio in* §. *quoniam ff. si cert. pet.*

9 Sed quæro, quot testes requiruntur ad probandam simulationem contra instrumentum, dicit *glos. in* §. *si vero aliquis in auth. de fide instrum.* quod quatuor testes requiruntur. Sed *Specul. in tit. de test.* §. *restat vers. sed pone*, dicit quod sufficiunt duo, per *l. ubi numerus ff. de testib.*

Inde est, quod dicimus, quod si ego probo per instrumentum, Titium contraxisse mecum Neapoli, & tu probas per duos testes te eodem die fuisse Romæ, prævalent isti duo testes instrumento, secundum *Specul. ibi sup.* item tenet *Bald. in l. exercendis C. de fide instrum.* Nec obstat *glos.* in contrarium allegata, quia illa est vera, quando per directum fieret probatio contra instrumentum, secus si fieret per indirectum, quia tunc sufficiunt duo testes, ut in contrario.

Sed unus testis de veritate sufficit ad probandam simulationem, vel fraudem, quod, non reperio *in Specul. in tit. de test.* §. *restat*, ubi ponit casus, in quibus creditur uni testi, ideo dico, quod unus testis de veritate probat, in *l. bonæ fidei C. eod.* & ideo si esset

esset unus testis de veritate, & duo de fama, quod contractus in veritate fuit factus de vendendo, licet dicat de donatione apparenter, probata esset plene ipsa simulatio, ut dicit *Bald.* in simili in *cap.* 1. *de controv. investitut. & Ludov. in d. l. admonendi*, & notat *glos. in cap.* 1. *de appellat. & l.* 2. *ubi Bart. ff. de excus. tutor. & in c.* 1. §. *praeterea de test. & in Specul. de test.* §. *restat vers.* 25.

10 Tertio probatur simulatio per conjecturam, *l. si servus servum* §. *fin. ff. de legat.* 1. secundum DD. *in d. cap. ad nostram*, & notat *Bald. in l.* 3. *C. plus valere quod agitur*, & *in l. eos C. de usufr.* item probatur per varias praesumtiones, & indicia, ut in *cap. illo vos de pign.* & notat *Dom. Card. in clem. ex grandi de usur.* & sciendum est, quod multis modis potest fieri fraus, ut dicit *Bald. in l. non dubium C. de legib.* ubi enumerat multas fraudes, & etiam *Jo: Andr.* multas alias colligit in *d. cap. ad nostram*, & dixit de istis fraudibus aliqualiter in *d. cap. in materia legis commissoriae*, & quot modis fit fraus, ut in *l. ab Anastasio C. mand. & in l. emtor ff. de aqua pluv. arcenda*, & *in Spec. de donation.* §. 1. *vers. item pone aliquis*, tamen hic videbimus de aliquibus praesumtionibus inducentibus fraudem in materia juris; ideo dic, quod praesumitur, fraudem esse adhibitam in contractu dationis in solutum in fraudem juris congrui, si probetur, quod praecessit tractatus de vendendo, & postea in continenti secuta fuit datio in solutum, secus si ex intervallo dicit *Jacob. Butr. & Bart. in l. pacta novissima C. de pact.*, & *Ludovic. in l. si quis cum alter in* 14. *col. ff. de verbor. oblig.* Tractatus enim praecedens de vendendo facit praesumere contractum dationis in solutum in continenti subsecutum fuisse in fraudem juris congrui celebratum, secundum quod in simili notat *Hostiens.*, & *Anton. de Butr.* notat in *d. cap. ad nostram de emt. & vend.*, & *Bald. in l. multum C. si quis alteri vel sibi*, & *Guillelm. de Monte Laudano in clem. ex grandi in* §. *ceterum de usur.*, & *Ludov. in singular. suis in qu. in pacto de retrovendendo qu.* 13. & tenet *Paul. in cons.* 429. *in princ.* & *Ludov. Roman. in cons.* 90. incip. *Visis ac percuntatis actis*, & *Angel. in l. idem Juliano ff. de pact.*, & *Jo: de Imol. in l. Titia* §. *idem respondit ff. de verb. oblig.* & *Angel. in l.* 1. *n.* 3. *colum. ff. de jud.* & *Bald. in l.* 3. *C. plus valere quod agitur*; item poterit probari fraus, si probetur, quod nullum debitum praecessit in veritate, sed tantum fuit facta confessio, quod Titius est debitor in centum, & propterea obligat bona sua, & signanter talem; & postea creditor cum decreto Judicis recepit domum in solutum virtute hypothecae, certe ista datio in solutum est tunc in fraudem juris congrui facta, ut dicit *Alb. de Rosat. in* 2. *part. statut. in* 2. *quaest.* unde non statur dictae confessioni, scilicet, quod debitor receperat centum nomine mutui in praejudicium vicini, nisi appareat verum debitum per *l. qui testamentum ff. de prob. & in l. cum quis decedens* §. *tertia ff. de legat.* 3. in qui-
11 bus juribus probatur, quod confessio, quae emanavit inter suspectos, praesumitur simulata, & in fraudem facta; sic in casu nostro facta fuit dicta confessio debiti in fraudem vicini, nisi probetur de vero debito, facit *l. si forte ff. de castrens. pec.* & ibi *Bartol.* dicens, quod verba enunciative emissa non inducent probationem etiam inter easdem Partes, quando Partes non potuissent libere disponere, & notat *glos.*

Ang.

Ang. & *DD.* *in l. si donatione C. de collat.* ubi confessio patris qui donat filio propter merita, non probat merita processisse, idem notat *Bart.* & *Bald. in l. per diversas C. mand.* & *in l. 2. ne liceat potent.*, & *Cyn. in l. 1. in fin. C. de sacrosanct. Eccl.* ubi dicit, quod confessio conjugis quod tenetur conjugi, cui prohibetur donare, non probat, & notat *Bart. in l. si constante in antepeuult. col. ff. soluto matr.* ubi fortius voluit, quod est præsumtio juris, & de jure, quod
12 fuerit fraus, quando quis restituit dotem uxori propter inopiam suam, si de illa dote recepta non apparet instrumentum dotale, sed tantum confessio mariti, & idem notat *Bald. in l. 2. §. appellata ff. si cert. pet.*, & *in l. 1. C. de donat. ante nupt.* & *Jo: Andr. in add. Specul. in rubr. de don. inter virum & uxor.* & *Cyn. in l. quod de suo C. de fidejus. in lect. antiqua*, & *Bart. in l. Aurelius §. fin. ff. de libert. legat.* & ibi *text.* bonus & in *l. Lucius §. quisquis* & ibi *text.* & *Bart. ff. de legat. 2.* ubi confessio debiti non probat debitum, & idem tenet *Ludov. in cons. 43.* & *in cons. 50.* & *Bald. in l. 1. C. de inoffic. donat.*, & *Ang. in cons. suo* incip. *A. condidit testamentum*, & *Paul. de Castro in l. Marcellus §. quidam libertus*, & *l. cum heres deducta ff. ad Treb.* & idem in effectu notat *Jo. And. in addit. Spec. in tit. de reb. Eccl. non alien. in rubr.* & *Jo: de Imol. in cap. 1. 21. col. ext. de depos.* & *in spec. de confess. §. unic. dicendum vers. sequitur*; sed si probaret, quod in veritate receperit pecuniam, & factum fuit instrumentum de debito, & postea infra breve tempus recipit domum in solutum, ex ista brevitate temporis præsumitur datio in solutum facta in fraudem vicini, allegat ad hoc *Petr. de Anchar. in cons. suo 159. text. in cap. officii de elect.*, & quod notat *Bartol. in l. post contractum ff. de donat.* sed ultra eum facit *text. in l. plerique ff. de rit. nupt.* ubi mulier, quæ recessit a marito, non multo tempore interposito, reversa est, censetur idem matrimonium; facit etiam *l. quidquid in calore ff. de reg. jur.* & *33. quæst. 2. cap. divortium*, facit item *l. 4. §. si ab ignoto ff. de manum.* ibi: quando fiunt actus a principio, quod evictio modico tempore habeat durare, præsumitur emtio simulata, & ita dicit *Bart.* per illum *text. in cons. suo*, incip. *Petrus Nic.* facit *l. uxor C. de repud.* & *ff. de ritu nupt. l. fin. extr. ut Eccl. benef. c. 1.*

Item, si probetur, quod domus illa recepta in solutum fuit desiderata per prius ab illo creditore, qui dixit quod volebat emere, & postea reperitur, quod eam habuit in solutum, quia per præcedentia declarantur sequentia, ut notat *Bart. in l. ambitiosa de decret. ab ordinar. fac.* facit quod notat *Ludov. in cons. suo 15.* incip. *verso themate consultationis*, ubi
13 dicit ex præfationibus declarantur sequentia, & ex præfatione ipsius privilegii colligitur finalis ratio ejusdem inductiva, ut probatur *ff. de hered. instit. l. ult.* & *ff. de orig. jur. l. 1.* & ibi *Bart.*, & *ff. de transact. l. cum hi circa princ.* & *Bald. in 1. constit. C. §. quibus*, & notat *Ludov. cons. suo 174.* facit quod notat *Ang. in l. si servus §. si numerus ff. de legat. 1.* ubi dicit, quod præfationes declarant voluntatem, ut in *l. si ita quis §. idem respondit ff. de verb. obligat.* & ideo dicit *Bald. in l. 1. ff. ad Macedon.* quod ex præfatione legis colligitur mens condentis, & ejus intellectus, ut in *d. l.* *fin.*

fin. ff. de hered. inst. quem *text.* ibi ad hoc exclamat *Bald. in l. apud Celsum in princ. ff. de doli except.* & notat etiam *Bart. in d. l.* 1. *ff. ad Macedon.* procemium enim declarat sequentia, ut in *l. semper*, & ibi notat. *ff. de reg. jur. Bald. in l. precibus C. de impub. & aliis substit.* & notant *Scribent. in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig.* unde dicit *D. Anton. de Butr. in clement.* 1. *de election.* quod præfatio legis demostrat finalem intentionem condentis, *l. regula §. licet vers. initium ff. de juris & facti ignor.* & idem notat *Bald. in l. ut liberis C. de collat. & in l. his verbis de falsa caut. adjecta legat. & ex test.* ut ibi *Abbas*, *sic in cap. ex multa extr. de voto*.

Item præsumitur datio in solutum facta in fraudem juris congrui, si res illa erat conjuncta ei, cui fuit data in solutum, quia ratione illius conjunctionis præsumitur datio in solutum fraudulenta, in *argum. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si inter*, & *extra ut Eccles. benefic. cap.* 1.

Item quia res illa fuit accessorium ipsius creditoris, & consequenter præsumitur habuisse affectionem ad illam rem recuperandam, *arg. l. si emtion. ff. de minor. & l.* 1. *§. si rem ff. si quid in fraud. patron.*

Item quia res illa afferebat sibi commoditatem propter suam artem, ut in *d. §. si rem*, unde his probatis clare sequitur, quod in fraudem juris congrui fuit facta datio in solutum.

Item si probetur debitum realiter contractum jure solutum, quia solutione tollitur omnis obligatio, ut *Inst. quibus modis toll. oblig. in princip. cum finalibus*; vel si instrumentum cancellatum repertum sit in domo debitoris, de quo *in tit. si chirographum ff. de prob. & in cap. sane extr. de renunc. in glos.* nisi debitor fuisset familiaris propter quod potuisset subtrahere dictum instrumentum, ut in *l.* 1. *§. sed ne fraudi C. de latin. libert. tollend.* & fecisset eum convenire, & postea daretur res in solutum, & inde occulte reciperet pretium rei. Nam ex quo occulte fit solutio, præsumitur quod datio in solutum fuit fraudolenta, *argum. l. fin. ff. de rit. nupt.*, *& l. usur. C. de repud. & l. fin. C. mandati*, *& d. cap.* 1. *ut Eccl. benefic.* &
14 consequenter habebit locum jus congrui, quia fraus non debet patrocinari, ut in *cap. sedes de rescript.*, & generaliter præsumitur dolus, ubicumque petitio alicujus legitima exceptione doli elidi potest, si is in ea perseverat, ut *ff. de doli except. l.* 1. *§. & generaliter*, item dico, si per interpositam personam hæc fraus fieret, *arg. l. pupillus §. sane ff. de auctor. tutor.*

Item solet fieri fraus in isto jure congrui, quando domus habens unum introitum, & duo latera venditur medietas domus duobus lateribus detentis: nam propter domus individuitatem, quæ non habet nisi unum introitum, & illas partes laterales, non habetur introitns nisi per januam, quæ venditur, signum est quod facta fuit venditio in fraudem juris congrui, hoc vult *Petrus de Ancher.* in præsumpt. *alleg. suo cons.* 359. ubi dicit, quod connexa, quæ sunt per partes & non possunt commode dividi, debent pro uno haberi, hinc est quod continentia ædificii unum censetur ædificium cum eo, quod cohæret, ut *ff. de verb. signif. l.* 2. *& l. ædificata*, *& cap. si Civitas de sentent. excomm. in* 6. & polluta Ecclesia, cœmeterium conjunctum pollutum est, *de consecr. Eccl.*
15 *vel Altar. cap.* 1. & fugiens ad atrium Ecclesiæ gaudet immunitate totius

tius Ecclesiæ, 17. *quæst.* 3. *cap. si quis contumax*, & hæc omnia opera-
51 tur connexitas; & alibi eadem connexitas facit diversa conjungere, & unum conteri, *l. conclave ff. de damno infecto*, cum domus erat una, & unam portam habebat, & pars retenta non poterat a parte vendita separari, quia non habetur accessus ad eam, nisi per unicam portam, sequitur, quod separatio fuit facta in fraudem juris congrui; domus enim respectu ipsius individua censetur, quia ipsius effectus in partes dividi non potest, *l. excusatione §. 2. ff. de verbor. oblig.* & in
16 talibus individuis dispositio, quæ concernit partem, trahitur ad totum, ut in *l. una est via ff. de servit. rustic. præd. & ff. de furt. l. vulgaris, & in cap. translatum de constit.*

Unde una, & eadem domus non debet diverso jure censeri, ut in *l. eum qui ædes ff. de servit. rustic. præd.*

Item dico, si venditur certa Terra, excepto uno palmo circumcirca; nam clarum est, quod dicta reservatio fuit facta in fraudem vicini, quia ipse palmus Terræ nullam utilitatem ipsi, qui vendidit Terram affert, ut statim dicam, & ideo si separatio esset utilis venditori, dicto casu non præsumeretur in fraudem facta. Nam si quis haberet domum in triangulo, & illam venderet, servatis lateribus, in quibus possit haberi introitus, vel exitus, vel posset commode ibi fieri porta, & hoc afferret utilitatem venditori, non censetur venditio facta in fraudem juris congrui, *arg. l. servuc dotalis*, & ibi hoc notat *Modestin. Perusin. ff. soluto matrim.* & hoc verum, nisi statim postea venderentur illa duo latera retenta eidem emtori. Nam ex brevitate temporis præsumitur fraus, ut dixi supra per *text. in cap. offic. de elect. cum similib.* & etiam quia facta fuit per partes, ut
17 dicit *Petr. in d. consilio*. In contractu autem donationis dicendum est, quod poterit præsumi donationem factam esse in fraudem juris congrui, si donator reperiatur post donationem possidere, juxta ea, quæ habentur notata in *l. post contractum ff. de donat. & in l. sicut §. super vacuum ff. quibus modis pignus vel hypothec. solv.* Item si donavit, postquam citatus fuit a vicino, *argum. ff. de judic. l. si quis post*, de quo dixi supra in præcedenti §.

Item si donavit conjunctæ personæ, ut *C. de donat. & l. penult. C. de bon. quæ lib.*, sed sola conjunctio non inducit præsumtionem fraudis, ut dicit *Bart. in d. l. post contractum*. Item præsumitur donatio facta in fraudem juris congrui, quando in ea est appositum pactum de vendendo, quia signum est, quod non habuit finem donandi, ubi fuit appositum tale pactum, *arg. l. qui sic ff. de solut.*, & eodem modo dico, quod si res pro parte donatur, & non subest justa causa donationis, quod habet locum jus congrui, quia præsumitur donatio simulata, *argum. d. l. ab Anastasio, & in d. l. per diversas Cod. mandati*, & tenet *Bald. in l. 2. Cod. de repud. hered.*, *& in l. fin. Cod. de lib. præter. & Bald. in cons. suo*, quod incipit: *ad probandum & ostendendum, & Specul. in tit. de ceff. act. §. 1. vers. præsumitur contractus simulatus*. Item præsumitur contractus fraudolenter factus, si fiat de omnibus bonis, *l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraud. cred.* & notat *Bartol. in l. post contractum*.

18 Item præsumitur donatio simulata, quando essent apposita ibi pacta insolita in favorem ipsius donatoris, contra

tra naturam ipsius contractus donationis, *argum.* eorum, quæ notat *Bald. in cap. 1. de feudis dat. in vicem leg. commiss. & in l. si quis sub conditione ff. de condit. instit.* per illum *text. juxta glos. & Bald. in d. l. emtione Cod. plus valere quod agitur, & in l. etiam col. 2. Cod. de except. rei judic.*, & notat Jo: *de Imola in d. cap. 1. ad nostram de emt.*, & has fraudes quantum ad materiam juris congrui hic per modum summulæ sufficit dixisse. Sed alias fraudes in alia materia ponit *Bald. in l. fraus ff. de legib. & Bart. in d. l. post contractum, & Luc. de Penn. in l. quemadmodum Cod. de agric. & censit. lib. 11.* Non tamen fateor, quod aliæ fraudes non possunt reperi in hoc jure congrui fraudando, quia reperiuntur tot, & tantæ fraudes hominum, quas calamus ad scribendum non sufficeret, quia homines ad vitam labuntur, ut in *cap. urgentis de hæret.* & ætas nostra prona est ad malum, ut in *cap. omnis ætas 12. quæst. 1.*, & alibi dicitur, quod natura est nutrix vitiorum, *cap. 20. quæst. 2. art. 2. & alibi*: Multæ viæ sunt ad malitiam hominum, ut in *authent. de nupt. §. minores*, & homo dicitur potius malum, quam bonum operari, ut notatur *ff. soluto matrim. l. si constante §. maritum*, hinc est quod possumus dicere vere: Terra malos homines educat, ut in *l. fin. C. de præscription. triginta annor.*

19 Quinto nota ex textu, quod vicinus postquam emtor & venditor juraverunt contractum dationis, vel permutationis, vel dationis in solutum rei fuisse factum bona fide, & sine fraude potest probare contrarium ejus, quod juratum est. Sed contra, quomodo potest contra juramentum probari contrarium, quia exceptio jurisjurandi parit exceptionem litis finitæ, ut in *cap. 1. de lit. contest. lib. 6.* & notatur in *l. nam postea de jurejur.* Item juramentum habet vim diffinitivæ sententiæ, ut in *l. 2. & in l. sed & si possessori §. item si juravero ff. de jurejur.* Item habet vim probationis, ut in *l. non erit §. dato eod. tit.* & causa decisa cum juramento non retractatur, ut *C. de jurejur. l. 1. & ff. eod. l. alienandi.* Multiplex est juramentum, scilicet necessarium, judiciale, & voluntarium, ut notatur in *rubrica ff. de jurejur.* contra voluntarium, & judiciale juramentum non potest contrarium probari, sed contra necessarium sic, ut in *d. l. admonendi ff. de jurejur. & in d. l. 1. Cod. eod.* Unde quando lex compellit partem ad jurandum prout facit ista lex, quæ compellit emtorem, & venditorem ad jurandum vicino volenti. Nam verbum, *exigere*, importat necessitatem, ut *ff. de legat. 3. l. fideicommissum §. fin.* exigere enim est ab invito extorquere, ut notatur in *l. sed & si lege §. 2. de petit. heredit. & in l. falsus Cod. de furtis.* Tunc enim potest contrarium ejus, quod juratum est, probare, si lex, vel statutum procedat ad pœnam perjurii, si probatur, ut est in lege ista, hoc tenet *Bald. in d. l. 1. Cod. de jurejur.* per notat. *in authent. sed novo jure de pœna jur.* Quando autem principalis persona juravit, & postea repertum est contrarium, possit puniri de perjurio, istam materiam tangit *Andr. in cap. 1. §. sacramentum de consuetud. feud.* & ibi ab saturitatem dixi, & tangit *Ludovic. in l. si duo patron. §. si quis juraverit ff. de jurejurand. & Cyn. & Jacob. Butr. in l. perjurio ff. de crim. stellion.* posset hic tractari tota materia, *authent. sacramenta puberum Cod. si adversus ven-*

vendit. quod dicit *Bartol. in l. si quis pro eo ff. de fidejussion.* & quod dicitur in tota materia de jurejurando. Sed quia hic tantum ea, quæ ad jus congrui pertinent, legere decrevi, ideo hanc materiam tamquam impertinentem omitto.

20 Sexto nota ex *textu*, si contrahentes juraverunt non in fraudem juris congrui fuisse celebratum contractum, punientur pœna perjurii, si contra probatur; cujus pœna hodie est amissio manus in Regno, ut in *Constitutione Regn. Eos qui scienter*. Item est pœna, quia fit infamis, ut in *l. si quis major Cod. de transact.* & consequenter nullus, nisi Papa, vel Rex poterit remittere infamiam, ut dicit *Bart. in l. infamem in fin. ff. de publ. judic.* Item perjurus non potest promoveri ad Ordines sacros, ut *6. quæst. 1. cap. infames*. Item nec ad testimonium ferendum admittitur, *eadem quæst. & causa cap. quicumq.* Item a defendenda Ecclesia excluditur, *extrav. de except. capit. dilect.* Item peccat mortaliter, *extrav. de jurejur. cap. pervenit loc. secund.* Nam Deus multum contristatur de perjurio, ut in *l. ambiguitates*, & ubi *Bald. C. de indict. viduit. toll.* Item perjurus committit falsum, ut in *cap. illud de excess. Prælat.* Item pœnitentia perjuri est velut homicidæ, *12. quæst. 1. cap. prædicandum*. Item a perjuro regulariter juramentum requiri non debet, ut *extr. præd. sump. cap. litteras, & 22. quæst. 5. cap. parvuli*. Item perjurus non debet tenere beneficia, ut notatur in *cap. querelam de jurejurand.* Item privatur a proprio gradu, ut *5. distinct. cap. de his loco primo*. Item crimen perjurii comparatur blasphemiis, & sodomiæ peccato, ut in *authent. homines non luxurientur contra naturam §. hæc quoniam*. Item omnes offendit, qui perjurus est, quia in omnium vertitur injuriam, quod in Religionem divinam committitur, *l. Manichæus C. de hæret., & Manich.* Unde apud Romanos de nulla re Censores diligentius judicabant, quam de jurejurando violato, ut dicit *Tullius de offic. lib. 2.* Quapropter a perjurio caveatis, licet dicat textus, quod homines proni sunt ad juramentum, ut in *cap. & si Christus de jurejur. & de cohabit. Cleric. & mulier. cap. Clerus*; ita *Dom. de Rot. dec.30.* quæ incipit *fuit dubitatum*.

Septimo nota ex *textu*, quod venditor, & emtor, qui juraverunt simulatam contraxisse dationem in solutum in fraudem juris congrui, vel juraverunt non simulatam contraxisse, & postea probatum est contrarium, emtor, & venditor puniuntur ultra pœnam perjurii; scilicet venditor punitur amissione rei, & emtor pretii.

21 Sed quæro an isto casu emtor possit habere regressum contra venditorem de evictione? Videtur quod sic: Primo, quia fuit promissa evictio per stipulationem, ut in *l. sed & si exceptio cum leg. seq. ff. de evictione*, & *l. si fratres Cod. commun. utriusque jud.* Secundo, quia ex facto ipsius venditoris ipse emtor amisit rem, & pretium, quia juravit simulatam fuisse dationem in solutum, & sic videtur, quod venit evictio, *argum. l. servum*, juncta *glossa*, quæ dicit sua culpa interveniente, & *l. hoc jure cum l. seq. ff. de eviction.*, vel saltem quod teneatur ad pretium, ut in *l. penult. §. 1. de evict.* Tertio, quia emtor caret re, & pretio, quod esse non debet, ut *ff. de action. emti, l. ex emto in fin.* In contrarium tamen est veritas, quod non agit de evictione, qui ipse venditor etiam amisit rem, & pretium, & sic paria delicta mutua

tua compensatione tolluntur, *l. viro atque uxore ff. soluto matrim.* unde ambo fuerunt stulti in conficiendo simulationem, vel stulti in culpa, hoc est faciendo contractum in fraudem juris congrui, ideo sapientes sint in pœna, ut 38. *distinct. cap. quia eadem*, & ibi notata, & in *cap. ea quæ de stat. Monachor.* Item culpa emtoris intervenit simulatione contrahenda, & sic re evicta non agit de evictione, ut *d. l. servum cum simil.* ubi consideratur, cujus culpa fuit res evicta, ut *l. si per imprudentiam, & l. si rem quam §. si duo lex ff. de eviction. & in l. si controversia eod. tit. & ff. de action. emt. l. idemque §. 1.* Ergo sequitur quod si culpa venditoris tantum intervenit in simulato contrahendo, tenetur de evictione, si fundus evincitur, & idem, ubi esset dubium, quia nunquam præsumitur evictio culpa emtoris, ut notatur in *d. l. emtio*. Item lex ista prohibet fraudes fieri in
22 præjudicium vicini: ergo si fiant fraudes ad fraudandum vicinum jure congrui, ipsi contrahentes contra legem mercati sunt, & consequenter emtor non recuperat pretium, sicut in simili notat *Andr. in cap. 1. de invest. rer. alien.* facit per *l. quemadmodum Cod. de agric. & censit. lib. 11.* & notat *gloss. in l. imperialem super verb. bonæ fidei de prohib. feud. alien. per Frider.* & notat *glos. in Constitut. Regn. constitut. divæ memoriæ*, & adverte, quod in quantum ille textus vult, quod si emtor & venditor fatentur contractum fuisse in fraudem juris congrui celebratum, quod venditor amittat rem, & emtor pretium, videtur continere iniquitatem; nam debetur sufficere, quod fraus eis non prodest, hoc est quod habet locum jus congrui, ex quo fraudem confessi fuerunt; quia mitius est agendum cum confesso de crimine, quam si per testes crimen probaretur, ut est textus ad litteram in *cap. quia Presbyterum 1. distinct. & cap. quia simpliciter 56. dist.* unde intelligo hoc procedere, quando timore probationum sunt confessi; nam tunc non excusarentur a pœna hujus legis per textum in *cap. præsentium 2. quæst. 5.* Sed si sponte confessi fuerunt, & contrarium nullo modo poterat probari, tunc dico, quod debet fieri remissio hujus pœnæ, hoc est, quod emtor non amittat pretium, nec venditor rem. Nam ista lex est odiosa, quia est contra *d. l. dudum C. de contrahend. emt.*, & propterea debet restringi per *cap. odia de reg. jur. lib. 6.*

23 Octavo nota ex textu, quod res & pretium, quæ & quod aufertur emtori, & venditori propter fraudem factam in præjudicium vicini per illos contrahentes, & propter perjurium per eos commissum applicatur Fisco, & non vicino, ut expresse dicit iste textus, immo quando lex imponit pœnam, & non dicit, cui applicetur, semper in dubio intelligitur, quod applicetur Fisco, ut in *l. multorum Cod. de modo multar. & in cap. quæ sit regal.* & notat *glos. in l. jubemus §. his judicibus Cod. de Sacrosanct. Eccles.* & facit ad hoc auctoritas *Bartol. in l. Agraria ff. de termino moto.*

Sed an si Fiscus admisit emtorem, & venditorem ad compositionem, videlicet unciarum duodecim in perjurio, quod facere potest Judex per *glos. in constitut. Regni summo periculo*. Quæ dicit, quod perjurans scienter, qui propterea tenetur ad manus mutilationem, potest redimere manum, solutis duodecim unciis, Rege volente, & de hoc habetur etiam quædam litera Reginæ Joannæ Secundæ,

dæ, qua permittitur fieri per dictam compositionem, alias pœnam impositam a jure Officialis non posset mutare sine permissu Principis, ut dicit *Innocent. in cap. licet de pœnis*, an etiam habet Fiscus, ultra dictam pœnam rem, & pretium? certe sic; quia duplex est delictum, videlicet, quia fecerunt contractum in fraudem, & postea commiserunt perjurium, & unum delictum aggravat aliud, ut not. *Bartol. in l. fin. ff. de quæst.* & sic duplici pœna puniuntur pœna corporis & pecuniæ, quæ respondeant delictis, ut in *l. sancimus C. de pœnis*; patet ergo, quod pœnæ, quæ applicantur Fisco pro delictis, censentur jus regium, ut dicit *Bald. in l. 1. C. de hered. vel action. vendit.*, ubi ponit multa privilegia Fisci. Sed ego in *cap. de fraud. de nov. benefic. investit.* posui LXXXVII. privilegia Fisci, & ibi etiam dixi, quæ sint illæ Personæ, quæ habent Fiscum, & Fiscus quid sit, de quo etiam per *Bartol. in l. 1. Cod. de jure fisci lib. 10.*, & *Bartol. in procem.*, & nulla bursa dicitur fiscalis proprie loquendo, nisi Principis, vel Reipublicæ, ut dicit *Bald. in l. 1. Cod. de lucr. vel action. vend.*

24 Nono nota ex textu, quod licet Fiscus propter delicta commissa per contrahentes, hoc est per fraudem adhibitam in fraudando vicinum jure congrui, habeat rem & pretium, tamen non fit propterea præjudicium vicino, quia Fiscus tenetur vendere ipsi vicino illam rem, quod Fiscus non tollit jus tertii per publicationem bonorum, quia Fiscus non potest sine justa causa quæsitum alteri tollere, ut est *glos. in cap. fin. de heredit. lib. 6.* & *in cap. quamvis de rescript. eod. lib.*, & *ibi Archid.*, & notat *Bald. in l. fin. Cod. si contra jus vel util. publ.*, *Imol. in cap. sæpe de appell.*, & *idem Bald. in rubric. Cod. de precib. Imper. offerend.* & *Bartol. in l. quoties ff. de pollic.*, & *in l. privatus ff. qui & a quibus*, & *in l. venditor §. si constat ff. commun. præd.* & *in l. item si verberatum ff. de rei vendicatione*, & *in l. Antiochensium ff. de privileg. credit.*, & *l. Lucius ff. de evict.*, & *in l. 2. §. nec filio ff. de natal. restituend.*, & notat citatus *Bartol. in procem. ff. in illa quæstione: An Imperator possit rem meam aliis dare*. Imo jus commune non tollit jus alterius sine causa, ut notatur in *l. fin. Cod. qui pot. in pignor. habeant.*, & facit quod lex non potest privare fratrem successione per suum privilegium, ut notat *Innocent. in cap. grandi de suppl. neglig. Prælator.* Nam quotiescumque aliquid conceditur, videretur concessum salvo jure cujuscumque, ut dicit *glos. in authentic. de æqualit. dot. §. si autem*, est bonus textus in *l. merito* & *si quis a Principe ff. ne quid in loco publico*, & *extr. de privileg.* & *ea dudum*, & *cap. cum dilectus de consecrat.* bene facit ad hoc *dec. Rotæ Romanæ 329.* quæ incipit: *Tu obtines præbendam*, & alia *decisio ejusdem Rot. Roman. 331. incipiens: Supposito facto*, & notat. *Andreas Isern. in cap. 1. qui succed. teneant.*, & *constitut. Regn. Domini a Vasallis*, & *in cap. 2. de feud. dat. in vic. leg. commissor.*, & ibi dixi in 3. *notab.* etiamsi Princeps proprio motu concedat, secundum *Dom. de Rota decis. 220.* incip. *Dicebant Domini* per notata in *cap. 2. de præbend. in 6.*

25 Item potest assignari alia ratio, quare tenetur Fiscus isto casu vendere illis, quibus competit jus congrui, quia quando Fiscus succedit bonis ex aliquo delicto, habetur loco heredis, *ff. de fidejussion. l. inter reos §. si* & *Cod. ad leg. Jul. de adult. l. 2.* & *3.* & heres tenetur vendere conjunctis, si

si successit emtori, quia res transit cum sua causa, ut *ff. de servit. rustic. præd. l. si communi*, & *ff. ad Trebell. l. Marcellus* §. *fin. cum similib.* Nec ex persona heredis mutatur qualitas obligationis, *ut l.* 2. §. *harum ff. de verbor. obligat.* & sic cum jus congrui sit jus reale, afficit quemcumque possessorem, nisi Fiscum, Rempublicam, & Ecclesiam, ut dicetur infra in ultimo §. Sed si in casu nostro, ideo jus congrui afficit Fiscum, quia succedit illi, qui tenebatur ad jus congrui. Si ergo Fiscus propter delictum commissum per contrahentes in fraudando vicinum jure congrui, non aufert rem ipsam fraudulenter ad jus congrui, ergo eadem ratione ipse Fiscus, qui ex causa ei succedit, tenetur ad jus congrui: sed si Fiscus alio jure succedit, puta quia ille commisit aliud delictum, vel tanquam bona vacantia, illa bona venerunt ad Fiscum, vel Fiscus emit, tunc non habet locum jus congrui, per §. *fin. hujus legis.*

26 Sed quæro: ecce, quod Fiscus vendidit vicino, postea res evincitur a vicino, an Fiscus teneatur de evictione? Respondeo, & hoc dico tibi unum verbum peregrinum, quod ille, qui habet causam a Fisco re evicta, Fiscus non tenetur, nisi ad simplum, etiamsi expresse sit promissa evictio ultra simplum, ut in *l. si procurator ff. de jure Fisci*, ita dicit *Bald. in l.* 1. *C. de hered. vel action. vendit.*, quod tene menti, item contra illum, qui emit a Fisco, non potest agi ultra quadriennium, propter beneficium *l. bene a Zenone C. de quadrienn. præscript.*

Decimo nota ex textu, quod quando constat legitime de simulatione contractus in fraudem juris congrui competentis vicino, absque eo, quod emtori, & venditori delatum juramentum super simulatione, & fraude, tunc non est pœna, quod venditor amittat rem; & emtor pretium, sed puniuntur minori pœna, quia minus delinquunt;
27 plus enim peccat ille, qui dicit mendacium cum juramento, quam sine juramento, quia perjurium aggravat delictum, sive mendacium, ut patet 12. *quæst.* 5. *cap. si quis conjunctus*. Quæ autem sit ista minor pœna, patet in textu, quia cogitur possessor vendere minori pretio arbitrio Judicis declarando intra dimidiam justi pretii, rem illam vicino, cui competit jus congrui. Sed quia hic in *textu* dicitur *de justo pretio*, quæro hic de quadam pulchra quæstione, quam ponit *Alb. de Rosat. in* 2. *part. statut. in quæst.* 102. dicit statutum quod habentes decimas in agris alienis teneatur res vendere dominis agrorum, justo pretio; aliquis habebat decimas in agro vicini, qui erat in Civitate, vel suburbiis, ita quod erat magni pretii ager, & parvorum redditúum, dominus agri vult emere decimam a vicino, & dicit quod debet æstimari pretium decimæ habito respectu ad quantitatem redditúum: ille cujus est decima, dicit, quod habito respectu ad valorem agri, quæritur quid juris? Videtur, quod debeat fieri æstimatio secundum redditus, argumento *l. penult. ff. de magist. conven. in princ.*, & *in auth. de alien. & emphyt.* §. *hæc autem*, & *ff. de jure Fisci l.* 3. §. *divi fratres*, quam legem in materiam æstimationis allegavi supra in §. 1., & *l. si fundus per fideicommissum in princip. ff. de legat.* 1., & *in auth. de non alien.* §. *quod autem a nobis*, & §. *si vero alterius*, & §. *si vero Leonis*: in contrarium, quod secundum valorem fundi debeat fieri æstimatio, facit *l. si heres ff. ad Trebell.*, & *l. si ex asse eod. tit.* & sic fundus æstimatur quanti vendi potest, ut in *l. si servus ff. de condict. furt.* dicit

cit

cit tamen *Alb. de Rosat.* ibi quod melior est prima opinio, quia decima præstatur ex fructibus, ergo per respectum ad fructus debet fieri æstimatio, quod est menti tenendum.

28 Sed quæro, an contractus iste simulatus celebratus in fraudem juris congrui, ipso jure erit nullus, vel annullandus per sententiam? in hac lege hoc non reperitur. Nam si esset nullus, venditor deberet minus justo pretio ipsi vicino, quia emtor quamquam possideret, non posset vendere, quia nullum jus habet, ex quo contractus est ipso jure nullus propter simulationem, & sic libellus juris congrui, quando contractus est factus fraudulenter ad defraudandum vicinum jure congrui, debet porrigi contra venditorem, & non contra possessorem, ut dixi in §. præcedenti; si enim contractus non est ipso jure nullus, & tunc emtor, qui possidet, vendet vicino minus justo pretio, & sic concluditur, quod contractus simulatus est nullus post sententiam, sed ante sententiam non est nullus, & propterea debet fieri libellus contra emtorem possessorem rei, & ab eo debet peti res jure congrui, quia contractus fuit simulatus, & gestus in fraudem vicini, & sic emtor vendet vicino minus justo pretio, quo ipse emit, prout expresse probatur in isto textu.

Undecimo, & ultimo nota ex *textu*, quod contrahentes simulate in fraudem juris congrui, debent omnibus modis, quibus possunt, fugere ne eis detur juramentum super simulatione, & e converso vicinus, cui competit jus congrui, debet esse sollicitus, ut detur juramentum ipsis contrahentibus, & hoc propter pœnam. Sed ego semper consulerem vicino, si potest probare simulationem aliter, quam per juramentum contrahentium, quod non exigat juramentum ab eis, quia postea emit minori pretio, quam emisset a

29 Fisco. Sed quid si dato juramento emtori, & venditori non, & non apparet aliud de simulatione, certe facit semiplenam probationem tantum, & si aliud non sit in favorem emtoris, in contrarium habebit locum juramentum suppletorium, juxta notata in *l. bonæ fidei C. de reb. credit.*, *& in l. admonendi ff. de jurejur.* Sed si aliud fuit in favorem ipsius emtoris, ut puta quia ipse emtor probavit, quod ille venditor factus fuit inimicus ipsius venditoris, vel aliter habet causam eum repulsandi, tunc non habet locum juramentum suppletorium: quia fides ipsius testis est extenuata per probationes contrarias, ut dicit *glos. notab. in l. 1. C. qui & advers. quos*, & sic absolvetur emtor a petitione vicini, per regulam, *Actore non probante*, ut in *l. qui accusare C. de edend.*

Sed an tunc quando semiplene probatur de simulatione, & datur juramentum suppletorium vicino, privetur venditor re, & emtor pretio, & Fisco applicetur, dic, quod non, quia in pœnis inferendis non defertur juramentum semiplene probandi, ut in *l. 1.*, & ibi *Bald. C. de his quæ pœnæ nom.* Unde si Fiscus principaliter ageret ad pœnam privandi venditorem re ipsa, & emtorem pretio, probasset semiplene de fraude, non haberet locum juramentum suppletorium, ut supra dixi, eadem ratione, quando incidenter venisset pœna applicanda Fisco ex causa, quæ est inter vicinum, & emtorem de jure congrui fraudato, & probetur semiplene de fraude. Nam tunc reus absolvitur, quod est menti tenendum pro limitatione hujus textus, & per ista remanet expeditus iste §. sequitur §. *prohibemus*.

SUMMARIUM.

1 *Dictio* nisi *quid significet*.

1 Dictio hæc *Nisi* quid significet, videas *Bart. in l.* 1. *versic. videndum est, num.* 10. *ff. de condit. & demonstrat.*, ubi inquit, hanc dictionem esse mere exceptivam, quando ponitur in verbo præterito, vel præsentis temporis, *l. actione C. de transaction.*, & plenissime habetur in *l. si eum §. injuriarum ff. si quis caution.*, & apud *Napodanum in consuet. idem est tit. de novi operis nunciat.*, *& in glos. nisi liter. D num.* 4. per textum in *l.* 4. *§. si tamen plures ff. de libero homine exhibend. cap.* 1. *§.* 1. *extr. de relig. & transact. ad relig. in 6. Jo: And. in cap.* 1. *tit. qui success. teneant. in §. hic patet, in verb. nisi*, quandoque, inquit idem *Napodan.* ponitur corrective, per *text. in l. fideicommissa ff. de legat.* 3. quatenus conditionem denotaret, juxta textum in *d. l. si eum §. injuriarum*: Dictio autem *nisi* an sit idem, ac si non, vide *Bart. in d. §. injuriarum*, & multifariam accipitur secundum *Bart. loco supra citato d. l.* 1. *n.* 10.

SUMMARIUM.

1 *Contractus quando præsumatur factus in fraudem, & mala fide.*
2 *Contractus an præsumatur simulatus, si pretium non sit justum.*
3 *Fraus vel simulatio tunc præsumitur, quando bona emta statim conceduntur in affictum, & tunc cessat jus protomiseos.* num. 4.
5 *Fraus arguitur ex continuata possessione rei in contractu deductæ.*
6 *Fraus præsumitur, si non correspondent fructus per spatium arbitrandum.*
7 *Contractus quando celebratur extra Civitatem, suspicandum est de fraude.*
8 *Renunciari an possit fraudi, vel simulationi.*
9 Decisio Dom. Capycii 38. *producitur.*
10 *Casus, in quibus fraus præsumitur in contractibus, qui sunt, remissive.*
11 *Fraus, & simulatio in quo differant.*
12 *Fraus quæ sit, exemplificatur in Monacho*, num. 13. & 15.
14 *Simulatio quando sit, quando probetur, & quando æquiparetur cum fraude.*
16 *Fraus in dubio an præsumatur.*
17 *Fraus probanda erit, non præsumenda.*
18 *Fraus an, & quando permittenda.*

1 Ad 1. Notabile, & signanter ad id, quando contractus præsumantur facti in fraudem cum mala fide, vide *Menoch. de præsumt. in præsumt.* 122. *num.* 6. *lib.* 3., *Rom. in cons.* 156. *Veronens. in tract. de simulat. contractuum*, *Calcan. cons.* 27. *Afflict. decis.* 40. *num.* 19. ubi: *In similibus*, inquit, *semper esse ad Judicis arbitrium*
2 *standum*, & quid si pretium non erit justum, an præsumatur simulatus contractus, & quanta debet esse læsio, vide eundem *Menochium de arbitrariis lib.* 2. *centur.* 3. *casu* 247., *Surd. in decis.* 23. *in fin.*, & in octava, vel in modicitate pretii, vel per appositionem pacti de retrovendendo arguitur fraus juxta notata per *Ursillum ad eandem citat. decis. Afflict.* 40. *num.* 14. qui allegat *Cravet. in cons.* 156. ubi
3 eam potissimam esse, inquit, conjecturam in arguendo fraudem in contractu, quando scilicet bona emta, statim ac facta est emtio, conceduntur in affictu eidem venditori, vel si in possessione remanet idem venditor rei venditæ, quia tunc fraus, & simulatio facillime arguitur, *Alciat. in l. post contractum ff. de donat. Curt. cons.* 54. *Anna pater in alleg.* 77. *num.* 12. qui alle-

allegat *glos. in l. fin. Cod. de remiss. pi-*
gnor., *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 1.
cent. 1. *casu* 39. quem citat ibidem
Fabius de Anna filius ad ejus Genito-
4 *rem*, & in hoc casu cessat jus retra-
ctus, inquit *Afflict. in alia decis.* 299.
& apud *Tiraqu.* quos citat idem *Ur-*
sill. in decis. 40. & 339. vide *Gomes.*
variarum resolutionum cap. 1. *de con-*
tract. num. 3. *vers. item est*, arguitur
5 etiam fraus ex continuata possessione
rei in contractu deductæ, secundum
6 *Mascardum in concl.* 339. Item si non
correspondeant fructus per spatium ar-
bitrio Judicis, considerandum, ut per
textum in cap. de causis extr. de offic.
& potestat. Jud. delegat. ita ait *Bene-*
dell. in §. *ideoque illi num.* 6. *vers. ex*
continuata possessione, apud quem no-
tantur alii casus, in quibus fraus, ma-
la fides, & læsio arguitur.

7 Et si de fraude etiam erit suspican-
dum, quando contractus celebratur
extra Civitatem, ac territorium, vi-
deas *Caspar. Thesaur. in quæstionib. fo-*
rensib. quæst. 8. *num.* 15. qui allegat
Mascardum de probat. in conclus. 815.
circa autem alios casus, in quibus fraus
potest in contractibus præsumi, etiam-
que simulatio, videas omnino eundem
Mascardum pluribus in conclusionibus,
videlicet in *conclus.* 439. 440. 441.
442. 443. 444. 445. 446. 447. 448.
Senat. Delphin. quæst. 508. *Rot. Gen.*
in cons. 184., *Caballin. in milleloq.* 583.
Petrum Pechium de testamentis conju-
gum cap. 4. *Novel. in eodem tract.*
de jure protomis. in §. 2. *num.* 122.
& in §. 5. *num.* 39. *Casp. Thesaur.*
in quæst. forens. 16. *num.* 11. *lib.* 3.,
Bardum in §. 7. *notab.* 5. *num.* 12.
8 *tract.* & an possit huic fraudi, ac si-
mulationi renunciari, videas eumdem
Senatum Delphinatus in quæst. 183.
num. 11. videas *Capyc. in decis.* 83.
9 ubi testatur decisum apud Sacrum Re-
gium Consilium Neapolitanum, habe-
10 re locum jus congrui in casu, quan-
do venditor partem rei venditæ clam,
& cum fraude sibi reservaret, confir-
matur, etiam per *Tiraquel. in tit. de*
retract. num. 72. *cum seq.* ita *Jo: Ang.*
Pisanel. in add. ad consuetudinem 1.
incipiens *adverte lit. D.* Alios vero
casus, in quibus fraus arguitur in con-
tractibus reperies apud *Cacher. in dec.*
Pedemont. 109. *num.* 9. 10. & apud
Robertum Marantam disputation. sollem-
ni de jure congrui, 9. *num.* 23. 24.
11 *&* 25. & qualiter inter se differant
fraus, & simulatio, dic fraudem esse
eamdem rem ac dolum, per *textum*
in l. juris gentium §. *Prætor ait ff. de*
pactis, & in cap. Apostolus 81. *distinct.*
glos. fraus, fraus enim semper dicitur
illa, quæ fit contra juris dispositionem,
aliqua mediante palliatione, *l. fraus*
ff. de legibus, *glos. in eodem citato* §.
12 *ait Prætor* : *simulationem vero* inquit
Carolus de Grassis in except. 12. *n.* 11.
esse imaginem fraudis, ac medullam
ipsius, superficiemque veritatis, vel sic:
13 *Est fictio intentionis, & operis* : intentionis,
videlicet, cum quis ficte sit Monachus
ad hoc, ut per medium monachationis
fiat deinde Abbas, tamen Monachus
est, licet ficte, non autem sincera sit
intentio, ut ait *glos. in can. quod in-*
terrogasti dist. 17. *Abb. in cap. offi-*
14 *cii de elect. in* 6. *not.* 3. operis vero
simulatio fit, quando aliquid fieri fin-
gitur, quod non fit, *cap. per laicos*
26. *quæst.* 2. *l. simulate ff. de ritu*
nupt. videlicet, quando simulat rem
vendere Dominus, & vere, ac realiter
minime eam vendit, sed donat, vel
remanet penes se, de quo apud *An-*
nam in præallegata alleg. 78., *& Me-*
noch. de arbit. lib. 1. *centur.* 1. *casu*
39. *Maranta ex nostris in dicta dispu-*
tatione sua celeberrima: & quomodo
probetur simulatio, vide *Menoch. de*

arbitrar. casu 116. num. 8. & casu 247. Viv. decis. 198. & 289. Cravet. in cons. 2. num. 90., & in quibus æquiparentur fraus, & simulatio, vide Pract. Papiens. in form. libelli in actione reali, in glosa veris ac legitimis; ideo, ait Benedell. in textu simulate in §. ideoque illi num. 3. æquiparari dolus, & fraus,
15 ac simulatio, sed illa dicitur proprie fraus, quæ fit contra fidem, ut sit dolus, ita Corn. in glos. 181. visa liter. F, Bald. in l. quæ fortuitis col. 3. C. de pignerat. action., glosa & Bart. in d. l. juris gentium §. fraudandum; ita Divus Thomas in 2. 2. quæst. 60. art. 5. inquit: *Esse exequutionem injustitiæ in factis*.

Ideoque detecta ista fraude in his contractibus, certum est jus congrui habere locum, ut inquit etiam Afflict. hic.

16 Si vero in dubio præsumitur fraus, vel ne, Maranta ubi supra n. 23.; textus vero inquit, quod non, in l. merito ff. pro socio, sic etiam Surdus in decis. 299. etiam si alteri præjudicium foret, vide Beccium cons. 52. quem ipse citat, Præsid. de Franch. in decis. 435. num. 37. qui movetur per textum in d. l. merito, videas Caravitam super Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ, in Ritu 228. quæst. 6. num. 22. qui ultra ceteros Scribentes, casus triginta quatuor enumerat in eodem Ritu, ex quibus fraus indagatur, limitando supradictam
17 regulam, quod nunquam fraus præsumitur in dubio, Gozadinus sic etiam fatetur in cons. 52. n. 13. alios enumerat Lucas de Penna in l. quemadmodum C. de agricolis & censit. lib. 11. Frezza de liquid. instrument. part. 7. quæstion. 7. Petrus Ravenna in suo Alphabetico verb. fraus, Angelus in l. fin. de stipul. serv. immo nota, quod ex celeritate actus præsumitur fraus, inquit Robertus Maranta in dicta disputatione 9. num. 23., & Dom. Petra ad Grammatici additionem in decis. 59. num. 1. videas eumdem ad Grammatici decisionem 10. n. 12. & omnino Antonium Fabrum in suo sollemni Cod. de accusationibus lib. 8. tit. 2. ff. definit. 8. ubi num. 1. inquit: *Fraudem esse probandam, non præsumendam*, ubi etiam quibus ex conjecturis sit probanda, allegat Clarum in quæst. 78. num. 16. & 17. l. in exceptionibus §.
18 qui dolo ff. eodem tit. in contractibus feudorum an veniat in consideratione fraus, & quando est permissa, & qualiter consideranda respectu Domini, vel successoris, vide Romanum; Rovitum in Regia Pragmatica 4. de feudis num. 117. & in Rubrica de titulorum abusu in scribendo Pragm. 1. n. 120., & quomodo in materia releviorum fraus præsumatur, videas Regentem de Ponte tit. 8. §. 4. num. 15. de refutationibus feudorum.

SUMMARIUM.

1 *Factum in fraudem quando admittatur?*
2 *Actus simulati, & fraudulenti in tertii præjudicium an admittendi?*
3 *Nocere uni, & alteri opitulari, non est permittendum, quia fraus est.*
4 *Fraus semper excipitur in quolibet actu.*
5 *Fraus quando præsumatur in præjudicium tertii?*
6 *Fraus in donationibus inter conjunctos an præsumatur.*
7 *Fraus in actu gesto ad utilitatem agentis an præsumatur, licet contra tertium.*

AD 2. Notabil. vide Beccium in prædicto cons. 52. num. 25. &
1 quod in fraudem factum admittatur, dic numquam admitti; in eo enim sem-

ſemper ineſt dolus, & ſi in præjudicium tertii minime ſit, *textus* eſt in
2 *cap. qui peccat quæſt.* 4. regula enim eſt, ut ſimulati actus ac fraudulenti etiam in tertii præjudicium nulli ſint; cum nullius ſint roboris ac momenti, minime valent, *textus* eſt in *l. ſimulate*
3 *ff. de ritu nupt.* fraudem enim nocere uni, ac opitulari alteri non eſt permittendum, *textus* eſt in *c. ad noſtram*
4 *tit. de emt. ac vendit.* in quolibet enim actu ſemper fraus excipitur, inquit *Novellus in eodem hoc tract.* §. 4. *num.* 39. per *textum in l. creditor* §. *Lucius in fin.*
5 *ff. mand.* & quando fraus præſumatur, vel ne in præjudicium tertii, vide *Giurbam deciſ. Sicil.* 58. *num.* 11. & circa hanc materiam fraudis quando præſumatur & quomodo detegatur, vide *Thorum in voto* 22., & quomodo
6 inter perſonas conjunctas, videlicet inter parentes & liberos, & ſi circa donationes præſumatur fraus, *Anton. Faber in tit.* 20. *C. de inofficioſis donat. definit.* 1. *per totam libr.* 3. &
7 licet alicui tertio afferatur damnum, facto aliquo actu ad utilitatem agentis, non præſumitur fraus in tali actu geſto, *Gratian. in diſcept. forenſ. diſcept.* 970. *num.* 23. *& diſcept.* 132. *num.* 12.

SUMMARIUM.

1 *Fraus fit de contractu ad contractum, & de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus.*
2 *Fraus, aut ſimulatio in inſtrumento an præſumatur ex occultatione.*
3 *Fraus in donatione inter virum & uxorem præſumitur.*
4 *Fraus in publicis inſtrumentis an præſumatur.*
5 *Prohibitio facta uxori, ut non relinquat viro, qualiter intelligatur.*

1 AD tertium Notabile, quod ſcilicet fraus fit de contractu ad contractum, vide *Benedellum hic in* §. *ideoque illi*, ſuper *textum*, ibi, *ſimulate egiſſe num.* 4. *& textum in cap. quanto de privileg.* quem refert *Ripa in ſuo* 25. *reſponſo*, & quando de perſona ad perſonam, & de re ad rem, & de modo ad modum, & de tempore ad tempus, videas de omnibus apud *Benedellum in ſequentib. num. cit. loc.*
2 quando vero præſumatur fraus, ac falſitas in contractibus, & ſi diu ſtetit occultum inſtrumentum, an fraus ac ſimulatio in contractu commiſſa præſumatur, vide *Cæpollam in tract. de ſimulatione contractus præſumt.* 10. *n.* 67. *& in conſilio criminali* 26.
3 Ad id, quod in contractibus donationis fraus pluries adeſſe ſolet, & quando fiant inter virum & uxorem, videas *Maſcardum in præcitata concluſ.* 446. *num.* 12. cum ſit prohibita talis donatio inter has perſonas, ſecundum eumdem *Maſcardum in concluſ.* 186. *num.* 14. & apud *Doctores in toto tit. de donat. inter virum & uxorem*; maxime quando fuit inter eos celebratus contractus emtionis & venditionis, ut ait *Fontanella de pactis nuptialibus clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 4. *num.* 65. *& in clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *n.* 72. *cum ſe-*
4 *quentib. tom.* 1. & an fraus præſumatur in publicis inſtrumentis, dicas, quod non, ut dicit *Baldus in cap. illud in fin. num. fin. de præſumt. num.* 7. *& Maſcard. in dicta concluſ.* 607. *num. fin. de probat.* fraudis enim materia eſt odioſa, ideoque niſi conſtet de ea clare, non præſumitur, juxta tradita per *Innocentium in cap. ſuper his de accuſat.* argumento *l. quoties* 5. §. *qui dolo ff. de prob.*
5 Et facta prohibitione uxori, ut non relinquat viro, an ſit intelligendum tam inter vivos, quam in ultima volun-

luntate, videas *Gratian. disceptat. forens. in discept.* 124. *n.* 3. *&* 9.

SUMMARIUM.

1 *Fraus numquam præsumitur, nisi probetur.*
2 *Onus probandi fraudem spectat ad allegantem.*
3 *Fraus quomodo probetur, remissive.*
4 *Fraus probatur per læsionem enormissimam per juramentum.*
5 *Juramentum conceditur ob inopiam probationum.*
6 *Juramentum an Judicis arbitrio refrenandum.*
7 *Juramentum quibus casibus sit deferendum.*
8 *Probatio per juramentum tunc propria est, quando defertur per juris dispositionem, aut statuti.*
9 *Juramentum quando habet vim donationis inter conjuges.*
10 *Probatio simpliciter admissa, an intelligatur mediante juramento.*
11 *Juramentum suppletorium an exigatur contra vicinum habentem præsumtionem contra se.*
12 *Juramentum evitandum ob periculum animarum.*
13 *Audiri non debet offerens juratoriam cautionem.*
14 *Suspectus de fuga non admittitur in juratoriam cautionem.*
15 *Perjurium semper evitandum.*
16 *Exemplum creditoris, qui induxit debitorem ad perjurandum, ostenditur.*
17 *Peccat magis deferens juramentum perjuro, quam homicida.*
18 *Perjurium apud Gentiles erat magnæ considerationis.*
19 *Juramentum deferens perjuraturo vel suspecto an peccet.*
20 *Juramentum pauperi an deferendum.*
21 *Juramentum an deferendum homini malæ famæ, vel rixoso.*
22 *Juramentum suppletorium an detur, ubi requiritur liquida probatio.*
23 *Juramentum an possit recusari, vel non.*
24 *Exceptio simulati contractus an possit opponi, stante juramento apposito, esse vera.*
25 *Exceptio simulati contractus est perpetua.*
26 *Contractus simulatus an confirmetur juramento.*
27 *Juramentum præstitum per venditorem an noceat emtori.*
28 *Juramentum habet vim specialis expressionis.*
29 *Juramentum in damnum tertii an sit dandum.*
30 *Probationes cum juramento factæ quam probationem faciunt.*
31 *Princeps statuere an possit, ut juramenta probationem faciant.*
32 *Fraus probatur per confessionem Partis.*
33 *Confessio Partis est melior omnium probationum.*
34 *Judex an possit proferre sententiam adversus confessum.*
35 *Confessioni Partis magis standum, quam mille testibus.*
36 *Confessio principalis attenditur etiam adversus sententiam, quæ facit transitum in rem judicatam.*
37 *Probationes requisitæ a jure an adimpleantur per confessionem Partis.*

1 AD quartum Notab. & sic de modo probandi contractus fuisse factum in fraudem vicini; fraus enim nunquam præsumitur, nisi probetur, ut in *d. l. merito, & in d. l. quoties §. qui dolo, & in l.* 1. *§. denique ff. de aqua pluvia arcenda, Bart. in consil.* 65. incipit *Petrus Nicolaus num.* 30. *in vers. sed ad hoc lib.* 1. *Paris. cons.* 13. *num.* 57. *vol.* 1. *& in cons.* 25. *num.* 27. *vol.* 2. *Calcaneus cons.* 35. *vol.*

vol. 3. *Joannes de Amicis consil.* 24. *Grat. consil.* 1100. *Thema tale est*, & *Dec. in cons.* 313. *Promisisti Domine Joannes n.* 5. *vers. sed potest responderi*,
2 onus enim probandi fraudem illam ad allegantem spectat, *Bald. in l. nam ita Divus ff. de adopt. col. ultima*, & *in cap sancimus in fin.* 1. *quæst.* 7. *vide Natt. in cons.* 597. *prætermisso num.* 7. *Præsid. de Franch. in decis.*
3 435. *num.* 38. & quomodo probetur fraus, vide *Cacheranum in cons.* 385. *num.* 5. *Castr. in cons.* 82. *vol.* 1. *n.* 2. *Alexandr. in cons.* 68. *in principio volum.* 2. *Carol. Ruin. cons.* 4. *num.* 10. *vol.* 3. *n.* 2. *Alex. Tiraquell. de retractu consanguinitatis in* §. 26. *glosa prima num.* 32. *Breccium in cons.* 72. *num.* 10. ubi citat alios, item *Dom. Camillum de la Ratha* meritissimum Judicem M. C. V. in suo *cons. decis.* 98. *numer.* 4. *ex Baldi* auctoritate in *l. si consul ff. de adopt.* vide etiam *Baldum in tract. de jure protomis. in* 5. *notab. num.* 12. §. 7. *Afflictum in constit. Regn. Summo periculo tit. de sacramento præstando a campionibus num.* 3. per *textum in l. si vir* §. *fin. ff. de privil. credit.*, & *Bart in l. post contractum versic. quinto præsumitur*
4 *ff. de donat.* probatur etiam per enormissimam læsionem, ut apud *Fontanell. in clausul.* 4. *glos.* 12. *num.* 89. probatur etiam per juramentum, secundum *Afflict.* ubi inquit esse istam veram ac justam, legitimamque probationem, sicut etiam dixere Jurisconsulti in *l.* 1. & *l. admonendi ff. de jurejur.* & hoc juramentum sive deferatur a lege, sive a Parte, semper procedit, vide *Mascardum in d. quæst.* 9. *n.* 4. licet *Boer.* secus teneat per Doctores allatos in *dec.* 83. *n.* 2. dicens esse potius relevationem ab onere probandi, sicut etiam tenet *Thes. in decis.* 256. *num.* 2. &
5 *Mascard. in conclus.* 709. *n.* 12. juramentum enim hoc conceditur propter inopiam probationum, ut in *l. bonæ fidei Cod. de reb. cred.* & ad hoc, ut ipsi juramento deferatur, requiruntur plura, secundum *Marantam in specul. part.* 7. *casu* 9. *Menoch. de arbitrar.*
6 *lib.* 2. *centur.* 2. *casu* 170. & an sit refrenandum Judicis arbitrio juramentum, vide *Mascard. concl.* 322. *Boer. decis.* 243. *Cravettam cons.* 198. *volum.* 1. *Cæpol. centur.* 2. 10. *Vivium decis.* 108.
7 & quibus in casibus sit deferendum tale juramentum, & quibus personis, videas omnino *Additiones novissimas ad Capyc. in decis.* 35. *a n.* 1. *usque ad* 2. ubi etiam habes materiam hujus juramenti suppletorii, & item in *dec.* 38.

8 Bene verum est, quod juramentum, quod præstatur in certis casibus per juris dispositionem vel statuti, tunc probatio propria est, ut dixit *Mascard. in eadem quæst.* 6. *num.* 11.
9 sic etiam in casu, quo vir juravit sibi fuisse numeratas dotes ab uxore, sive ejus dotante, tale juramentum in hoc casu habere vim donationis, juxta *textum in l. si filii cum sequ. Cod. de donation. inter vivos*, si deinde constiterit dotem minime numeratam fuisse, vel dubitaretur, ita *Menoch.* refert in *tit. de præsumt. præsumt.* 12. *lib.* 3. *n.* 15. *Thesaur. dec. Pedem.* 112. *num.* 3. maxime si ante contractum matrimonium, præstitum sit juramentum, *Alex. cons.* 142. de veritate tamen hujus dicti videas omnino *Constantinum de Rogeriis in ejus tract. de dote* §. 5. *impresso inter tract. de jure dotium divers. vers. quid si juratum fuit num.* 41. *cum seqq.* immo nil admittendum adversus hanc probationem, quæ juramento inducitur, ut ait idem *Thesaur. dec.* 240. *n.* 1. ex auctoritate *Decii in cap.* 3. *n.* 6. & 8. *de probat.*

10 Prolato hoc verbo probationis simpli-

pliciter si comprehendatur, ac intelligatur de probatione facta mediante tali juramento, vide *Capyc. in decis.*
11 *91. numer. 3.* Quid vero si vicinus habet aliquam præsumtionem contra se, an ab eo tale juramentum exigatur, quod suppletorium probationis nuncupatur, videas *Cacheranum in decis. 71. numer. 3. & Boer. in dec. 85. numer. fin. Mascard. in præcitata quæstione 19. num.47. & conclus. 496. num.18. Marantam*, qui in *disputat. 9.* de materia etiam hujus juramenti tractat *num. 27. in fine*, dicens, &
12 exclamans evitanda esse hæc juramenta propter periculum animarum ex causa perjurationis tollendæ, cum sit quid speciale, *cap. finali de juram. calumniæ in 6.* immo etiam in casu dictante statuto, *de Marsil. in singul.74. & 458.*
13 sic etiam offerens juratoriam cautionem minime auditur, & maxime de consuetudine in criminalibus, *Boer.*
14 *decis. 340.* neque debitor suspectus de fuga est admittendus ad eam, secundum *Cornaz. in dec. Lucensi 59. Puteus* omnino videndus in *decis. 117. libro 1.*, *Guid. Papa decis. 250. de Franch. in decis. 317. Mysinger observatione 11.* inquit etiam *Dom. Riccius in collectan. 138.* ubi per *textum in l. cum non facile ff. si cui plus quam per legem falcid.* in quo adest materia hujus juramenti, & narrat casus, in quibus admittenda est, vel ne hæc cautio juratoria, & in quali casu, ita in causa dotis ex *Vivii dec. 147.* quod anno 1651. sic audivi fuisse observatum in Sacro Regio Consilio in causa Baronis Lofrani in aula Regii Consiliarii Gamboæ. Actuarius de Carbone, patrocinante juvene U. J. Do-
15 ctore Marcello Crasso; semper enim evitandum est perjurium, ut ait *Afflictus in constitutione Regn. cum circa titul. de judic. ordinandis rubri-*
16 *ca 71. num. 17.* ubi narrat id, quod satis ad rem a Divo Augustino relatum in libro de sermone Dei: & causa evitandi perjurium scientes aliquem esse perjuraturum, abstinere debemus illi deferre juramentum, & sic inquit accidere quodam in loco, ubi quidam homo justus facit suum debitorem conveniri; illeque negavit eidem suo creditori debitum; voluit creditor stare juramento illius, & tamen sciebat quod ille juraret falsum, quia erat homo cupidus bonorum temporalium, qui jam juravit falsum, negando debitum, & sic ille justus homo perdidit causam; in nocte vero sequenti iste justus homo fuit raptus coram Judice Supremo, ubi fuit valde crudeliter verberatus, & reprehensus, dixitque ei magnus Judex, quod melius erat ei debitum perdere, quam animam illius falsa juratione perimere, & evigilans plagarum vestigia propter verbera in suo corpore intuebatur: vide ergo quantum Deo Omnipotenti displiceat falsum juramentum, idcoque bene inquit *Afflictus*, esse evitandum, & ab illo omnino debe-
17 mus esse procul; magis enim peccat deferens juramentum perjuraturo, quam homicida, *cap. ille qui 22. quæstione 6. Card. in clementina unica de jurejurando*, *Vivius decisione*
18 *109. num. 6.* immo erat olim tantæ considerationis perjurium apud Gentiles, ut Plato suis legibus juramentum litigantibus prohibuit, ut *Dialogo 2. de legibus*. Sed (proh dolor!) quanti sunt in istis temporibus, qui jurant in dies! verum in Tribunalibus S. R. C. a Procuratoribus juramentum præstatur in manibus Spectabilis Præsidis ejusdem Sacri Regii Consilii pro executione litterarum regalium: Judex autem si peccet, vel ne deferens juramentum
versi-

19 verisimiliter perjuraturo, *Menochius* omnino videndus *de arbitrariis Judicum casu* 192. *Bust. Rosa parte* 3. *tit. de perjurio sermone* 17. non enim deferendum est juramentum personæ suspectæ de perjurio, ac malæ famæ, *glosa in cap. significative de homicidiis cap. parvuli* 22. *quæstione* 5., an
20 sit, vel ne deferendum pauperi, & si dicatur perjurare, vide *Andream de Isernia in cap.* 1. §. *inde quæsitum tit. de feud. defunct. milit.* & si erit de-
21 ferendum, vel ne hominibus, & personis rixosis, videas *Episcopum Riccium in decisione Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ* 164. *in parte* 4.

22 Et si juramentum defertur, an erit suppletorium, quando vera ac liquidissima probatio requiratur per legem, vel statutum in supplementum ipsius probationis, videas *Marinum Freeciam de præsentatione instrumentorum part.* 16. *quæstione* 2. *num.* 6. in qua disputat articulum, si unus testis, qui semiplene probat, possit continuari, cum tale juramento supplètorio, ita ut faciat deinde plenam pcobationem, ubi concludit quod non.

23 Si autem tale juramentum possit recusari, vel ne, & quando est deferendum, videas *Thesaurum in decisione Pedemontana* 256. *per totam*, & an sit præstandum Parte præsente, videas eundem in *decisione* 68. *num.* 1. & 2.
24 & præstito tali juramento omnia, & singula esse vera in contractum an per Partem eandem possit opponi exceptio simulati contractus, *Afflictus in decision.* 60. negative concludit, vide *Grammaticum in decisione* 89. *Cappell.*
25 *Tholosan. in decisione* 373. licet exceptionem ipsius contractus simulati perpetuam esse inquit *Vitalis de clausul. qualiter simulatione*, *Caid de modo articulandi & probandi glosa* 5. *num.*
26 193. *Cravett. cons.* 81. & simulato existente contractu, ac confirmetur per juramentum, vide *Joannem Campegium in tract. de dote part.* 1. *quæstione* 53. *n.* 4. & *Constant. de Roger.*
27 ubi supra, & præstito tali juramento per venditorem, si noceat, vel ne emtori, affirmative concludit, *Surdus decis.* 225. *n.* 13. *ex Tiraquello de retractu consang.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 128.
28 habet enim vim, inquit, specialis expressionis veritatis, secundnm *Baldum*, & *Salicetum in l.* 1. *C. commodati*, ut ait idem *Surdus loco*
29 *citato num.* 13. & si tale juramentum sit in damnum tertii, ejusque præjudicium, an exigatur, *Mascardus*
30 *in conclus.* 184. *num.* 30. & si recipiantur tales probationes per juramentum, & quibus in casibus plenam probationem faciant, videas omnino *Mascardum conclusione* 954. *num.* 27. & *in quæstione supracitata* 9. *num.* 20. & si in defectum probationis admittatur tale juramentum, idem *Mascardus in conclusion.* 832. *num.* 5.

31 Et si Princeps possit statuere, ut tale juramentum probationem faciat, idem *Mascard. in concl.* 956. *num.* 2., & in quibus casibus, & inter quas personas sit præferendum, idem in *conclus.* 957. *per tot.* & apud *Masullum ad Capycium in decis.* 35. *num.* 1., & *decisione* 91. *num.* 2. & 3. fraus
32 etiam probatur per confessionem Partis, quia omnium maxima est probatio, *l. cum C. de liber. caus.* ac me-
33 lior omnium probationum est illa confessio, quæ ex principalis ore oritur, *Præses de Franchis in decis.* 220. *num.* 6. legitimamque probationem appellat *Gomez de delictis in genere in libro variarum resolutionum cap.* 12. *num.* 3. ac omnem probationem superare inquit *Surdus in decis.* 326.

326. num. 38. & in conf. 60. num. 1. & Baldus in conf. 192. quem ipse
34 allegat *volum.* 2. ita ut Judex propter efficaciam hujusmodi probationis, possit adversus confessum judicialem sententiam promulgare, *cap. multi vers. noluit 2. quæst. 1. cap. at si Clerici extr. de judiciis*, & est tantæ efficaciæ,
35 ut per eam dicta illorum infringuntur, ita ut magis sit standum Partis confessioni, quam mille testibus in contrarium affirmantibus, *Ursillus ad Afflictum super decis.* 364. *num.* 4.
36 & 5. sic etiam est tantæ efficaciæ confessio principalis ut etiam adversus sententiam, quæ facit transitum in rem judicatam, admittatur secundum *Mascardum quæst.* 10. *num.* 53. item ait *Afflictus super constit. Regn. quia frequenter sub tit. de hominibus non te-*
37 *nentibus num.* 6., & quando statuta, vel leges requirant plenam probationem, an adimplebitur per confessionem Partis tantum talis plena probatio, vel per instrumenta publica, de quo apud *Mascardum in præcitata quæstione* 10. *num.* 76.

SUMMARIUM.

1 *Confessio facta parte absente an valeat, & probet?*
2 *Confessio per testes, vel per juramentum repellit omnem allegationem in contrarium.*
3 *Juramentum convalidat confessionem extrajudicialem.*
4 *Quot testes requirantur ad probandam dictam confessionem.*
5 *Confessio geminata an plene probet, & quid favore Fisci, vel piæ causæ, & in foro pœnitentiali.*
6 *Confessio extrajudicialis Parte absente facta an ex conjecturis probet.*
7 *Confessio in testamento facta de incertis, & male ablatis pro exoneratione conscientiæ an valeat.*
8 *Confessio pro exoneratione conscientiæ nociva alteri, an teneat.*
9 *Confessio facta in ultimis voluntatibus an præjudicet confitenti.*
10 *Confessio facta in testamento an probet debitum, si de eo non liqueat.*
11 *Confessio debiti recepti inducit liberationem.*
12 *Confessio cum querela Partis an sufficiat ad condemnandum.*
13 *Confessio criminis hæresis an sufficiat ad condemnandum reum, si de eo non constet.*
14 *Confessio facta coram Judice non sedente pro Tribunali an valeat.*
15 *Confessio quando dicatur judicialis, vel extrajudicialis & quando probet.*

1 AD *vers. item num.* 6. *in fin.* ibi *confessio facta Parte absente*, adde, quod hoc idem dixit *Afflict. in sua decis.* 164. *num.* 5. quod ait hic, & in aliis locis, ut in *decis.* 337. *num.* 4. ubi tenet, semiplene tantum probare, auctoritate *Bart. in l. admo-*
2 *nendi de jurejur.* nisi per duos testes probetur, vel per juramentum suppletorium, quod repellit omnem allegationem in contrarium, *Cacheran. in decis. Pedemontana* 96. *num.* 4. *Afflict. ubi*
3 *supra num.* 4. tale enim juramentum convalidat confessionem extrajudicialiter factam, quæ alias esset invalida, & prodest confessio hæc extrajudicialis, videas *glosam confessus in cap. fin. de*
4 *confessis*, & quot testes requirantur ad hanc confessionem probandam; nam *glosa supracitata* inquit: *Quod est probanda per testes*, vide *Fabrum in titulo C. si certum petat. defin.* 4. ubi ait: *quod quinque testes requiruntur.*
5 Geminata vero confessio si plene probat vel ne, vide *Surdum decis.* 10. *num.* 8. etiam si contra successores, heredesque agatur, ut in *numero se-*

sequenti, sic etiam testatur in suis *quæstionibus forensibus quæst.* 77. *num.* 6. etiam si ad favorem Fisci facta, Parte absente, plene probat, ita *Gomez variarum resolutionum cap.* 11. *num.* 6. *de contractibus*, ut ait *Peregrin. de jure Fisci lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 38. ad favorem piæ causæ an plene probet illa talis confessio, dixit *Tiraquell.* quod sic, *de privileg. piarum causarum privilegio* 112. & 116. item in foro pœnitentiali effectus producit plenæ probationis; nam servatur jus canonicum, ita per *Episcopum Riccium ibidem in ejus additione novissima ad eundem Tiraquellum in privileg. citat.*

6 Quando autem adsunt aliquæ conjecturæ talis confessio extrajudicialis, ac Parte absente facta, si probet vel ne, *Capyc.* tenet, quod sic in *decis.* 179. *num.* 2. ubi plenam facit fidem, inquit, cui adde *Marantam parte* 6. *actu* 5. *Afflictum, & Ursillum ad eundem in decis.* 12. & 106. *Roman. cons.* 291. & 373. *Marsil. singul.* 292. *Vivium decis.* 146. & 191. *& alios apud Tiraquellum rubr. res inter alios acta*, *& apud Addentes ad eamdem decisionem Capyc.*; de viribus vero judicialis confessionis vide *Menochium de recuper. & adipisc. possess. remed.* 1. *num.* 217. *Marantam ubi supra*, *Gomez omnino ubi supra cap. ultim. num.* 81. *de testib.* ubi resolutive respondit, sic etiam *Cassaneum de retract.* §. 12. *in textu*, ibi: *Pourque sovvent. num.* 4. vide *Gabriel. commun. opin. conclus.* 1. *tit. de confes. Guidon. Pap. decis.* 76.

Ad id, quod habetur hic *num.* 7. adde *Domin. de Thoro in sua copiosissima additione ad privilegia Tiraquelli*, *ut in privileg.* 117. ubi meminit de quadam decisione in puncto & ad rem cujus Auctorem, refert fuisse *Fabrum in suo Codice in tit. de usuris in definitione* 36. & *D. Jo: Maria Novar. ad privilegium* 15. *de incert. & male ablat.*

7 Sic etiam nota talem confessionem factam in testamento in articulo mortis, de incertis malisque ablatis, etiamque de usuris, etsi facta fuerit sine causa a testatore, subsistere pro exoneratione ipsius testatoris conscientiæ, ut habetur apud *Novarium in dicto tractatu de incertis ac male ablatis in privilegio* 38. *per*
8 *totum*, & quando similes confessiones pro exoneratione conscientiæ vel animæ uxoris respectu viri, apud eumdem *Novarium in privilegio* 41. ubi etiam quid si nociva pupillis, & si possit revocari, vide eumdem *Novar. ubi supra num.* 3. *& in privileg.* 38. & confessio tutoris de recepto, an præjudicet pupillo, quando non constat de numeratione, videas *Gratian. in discept. forens. discepiat.* 766. *num.* 59.

9 Et an tales confessiones factæ in ultimis voluntatibus præjudicent confitentibus, & si plene probant, adde *singulare dicti Domini de Thoro* 42.
10 *impressum post privilegia Tiraq.*, & an tales confessiones probent debitum relictum in testamento, & si non constat de debito, an inducant legatum, videas *Gomez var. resolut. cap.* 12. *tom.* 1. *de legatis num.* 81. qui resolutive, & magistraliter respondet, *quod non probant debitum, nisi vere, ac realiter constet de eo per instrumenta vel testes &c.* sed quod illa confessio resolvitur in legatum, & fideicommissum ex tacita mente defuncti, & tanquam legatum, & fideicommissum peti potest per *text. in l. Lucius la seconda ff. de legatis* 2. *in* §. *quisquis il secondo*,
11 sicut confessio sola debiti recepti liberationem adducit, juxta *l.* 1. *C. de falsa causa adjecta leg.* Item talem confessionem extrajudicialem esse in-

 di-

dicium ad torturam; inquit *Afflict. hic*, cui adde eundem *Gomez de delictis cap. 13. tom. 3. n. 1. in tit. de tortura*
12 *reorum*, & an hæc confessio cum querela partis sufficiat ad condemnandum in delictis, in quibus signa, & vestigia nulla remanent, adde *Muscatellum in rubrica 9. praxis criminalis de cognit. seu probat. §. delictum in ge-*
13 *nere*, & quid in confessione criminis hæresis an sufficiat ad condemnandum inquisitum de tali crimine sola ejus confessio, vide eundem *Muscatell. in tit. de crim. læsæ Majest. Divinæ n. 10. & 11.* ubi negative, nisi constet de sua hæretica cognitione, non autem si simpliciter, & in genere se fatetur esse hæreticum, facta coram Judice incompetenti, an probet, vel saltem sit indicium quoad torturam, videas *Laurent. decis. Aven. 138. num. 4. Boer.*
14 *decis. Butrigal. 90. num. 3.* ubi quærit de confessione facta coram Judice non pro Tribunali sedente, ut in *n. 8.*
15 quando vero confessio dicatur judicialis, & extrajudicialis, & quando probet vel non, videas *Marsil. in singul. 202. Ludovic. in decis. Perus. 82., & in decis. 9.*

SUMMARIUM.

1 *Fraus, & simulatio possunt probari per testes.*
2 *Probare idem est per testes, quod per confessionem.*
3 *Simulatio quando sit probanda in scriptis.*
4 *Idem operatur probatio testium, ac si instrumentum.*
5 *Probatio qualibet admittitur ad probandum fraudem, & fictionem.*
6 *Simulatio per testes probari an possit contra instrumentum.*

1 AD *vers. secundo dico*, ubi potest probari fraus, & simulatio per testes, adde *Bald. in l. non dubium C. de legibus, Jo: Andr. in cap. ad nostram de emt. & vendit.*, *& ceteros DD. l. post contract. ff. de donat.* idem
2 est probare per testes, velut si per Partis confessionem probaretur, *text. est in l. qui ff. de inoffic. test. l. Titia ff.*
3 *soluto matrim.* & quando per scripturas simulatio est probanda, videas *Afflictum in decis. 72. num. 80.* & quod
4 idem operatur probatio testium, ac operatur probatio per instrumenta, *text. in d. l. in exercendis, l. pactum quod bona fide C. de pactis, l. quoniam de hæretic., & cap. institutionis 22. quæst. 2. ad dicta per Iserniam in constitut. Regni incipiente in causa depositi*, & ubi requiritur probatio per confessionem, potest etiam fieri per testes, *ff. de jud. l. cum prætor, ff. sol. matr. l. si vero §. de viro*, & an probatio in contrarium admittatur adversus præsumtionem juris, & de jure, ut ait hic *Afflictus*, & quibus in casibus, videas *Masc. in quæst. 10. num. 73. & 74. & in concl. 225. num. 25.* & ideo
5 inquit *Bard. de jure congr.* quod quælibet probatio admittitur ad fraudem, & fictionem hanc probandam, cum difficiles sunt probationes ipsarum, ut in *§. 7. notab. 5. num. 12. vers. attenta igitur &c.* videas *Alex. in cons.*
6 *22. num. 14.* ubi quærit, si possit simulatio per testes probari adversus instrumentum, prout ex conjecturis; & si causa simulationis erit probanda ad hoc, ut contractus dicatur simulatus, *Grat. discept. forens. cap. 628. num. 14.*

SUMMARIUM.

1 *Fraus, vel simulatio non solum per conjecturas, sed per præsumtiones probatur.*

2 *Ju-*

2 *Judicis arbitrio remittitur, quando probationes sunt difficiles probari.*

3 *Probationes debent esse luce meridiana clariores.*

4 *Simulationes probantur, & præsumunrur in contractibus, stante pacto, ut expensæ solvantur per venditorem, quando ex statuto per emtorem erint solvendæ.*

5 *Fraus in contractu arguitur, quando emtor illico post emtionem tradit, vel locat venditori.*

6 *Simulatio quomodo detegenda in contractu.*

7 *Simulatio arguitur favore vicinorum.*

8 *Fraus, ac simulatio conjecturis, & inditiis probatur.*

9 *Confessio mariti de dote recepta in dubio præsumitur fraudolenta; & an præjudicet sibi, & heredibus, si ante, vel post matrimonium facta fuerit,* n.10., *& an præjudicet Fisco* n. 11.

12 *Confessio quando fraudulenta vel non, cognosci possit.*

13 *Decisio M. C. V., & S. R. C. affertur contra confessionem mariti de dote recepta.*

14 *Confessio viri de dote recepta in fraudem creditorum præsumitur.*

1 AD *vers. tertio probatur fraus & simulatio*, ubi tractatur de modo probandi fraudem, ac simulationem in contractu, adde *Masc. in concl.* 815. *numer.* 2. *Afflictum in sua decis.* 402. *Aimon. Cravett. in cons.* 156. *n.* 14. & alios quos colligit *Surd. in decis.* 5. alias alibi *citato in fine, Cacher. in decis.* 42. *numer.* 2. ubi non solum per conjecturas, verum per præsumtiones non tantum legis, sed hominis, præsertim si adsit læsio circa tertiam partem pretii, vel medietatem ipsius, ut idem *Cacher. ubi supra num.* 4. immo propter difficultatem probationum superadmittuntur probationes præsumtive, in simulatione probanda, & per conjecturas, *text. est in cap.* 1. & 2. *de renunciat. in* 6. *Angel. in l.* 2. *Cod. quorum bonorum, Bart. & DD. in l. si quis ex argentariis, & penult. ff. de edendo, Alex. cons.* 198. *libr.* 7. *n.* 7. 8. & 9. item in *cons.* 111. *libr.* 5. *Cæpoll. cons.* 63. *Abb. Panorm. cons.* 49. ubi varios modos detegendi fraudem, atque simulationem ponit, & si per testes possit probari hæc simulatio,
2 vide annotata superius; cumque ejus probationes difficiles sint, standum erit Judicis arbitrio, consideratis qualitate personarum loci, famæque, & antecedenti, ac subsequenti tempore contractus, secundum *Menoch. de arbitr. judicum lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 247. *Magoni decis.* 25. *numer.* 5, 6. & 7. licet secundum *Castrens. in cons.* 339.
3 *num.* 2. ubi hac in re, ait probationes debere esse luce meridiana clariores, sic etiam per *Ancher. in cons.* 845. *col.* 1. & *cons.* 34. *col.* 1. *volum.* 1. & 382. *vol.* 5. *Aymon. Cravetta cons.* 21.
4 *num.* 4. *vol.* 1. qui inquiunt quod simulationes probantur, ac præsumuntur in contractibus, si forsitan adest pactum, ut expensæ solvantur per venditorem, quæ per statutum essent solvendæ per emtorem, ut apud *Surd. in*
5 *decis.* 34. *num.* 2. sic etiam arguitur fraus in contractu, quando emtor illico post emtionem tradit rem vel ipsammet locat eidem venditori; ex possessione penes venditorem post contractum remansa præsumitur simulatio contractus, vel si possideat venditoris nomine, *Socc. in cons. ubi supra* 5. *Cæpoll. in eodem cons.* 93. & *Abb. cons.* 49. *Bald. in l.* 1. *Cod. de donat.*
6 *ante nupt.* quomodo autem, & quibus modis est detegenda talis simulatio, & si ex iis, quæ incontinenti fiunt, *Benedell. hic in text. simulate egisse in* §. *idemque num.* 5. & 6. & si propter vi-

victum præsumitur simulatio *ad text. in cap. utilem simul. 22. quæst. 2.* &
7 si favore vicinorum arguitur simulatio, vel præsumatur; adde *Rendell. in vers. simulate donaverit in §. caus. vero dotis*, si autem adversus instrumentum dotale simulatio probatur per testes, vide *Napod. super consuetudines nostras Neapol. in consuetud. dos & quarta in §. contra instrumentum, glossa instrumentum n. 113. vers. videlicet tit. de jure quartæ, Præs. de Franch. dec. 367. Addentes novissimos ad consuet. cit. de*
8 *jure quartæ*, & quod hæc simulatio, & fraus conjecturis, variisque indiciis probetur; occulte enim, ac clam committitur, aliterque probari non posset, ad *text. in l. quia autem §. non simpliciter ff. si quis omissa causa testam. Oltrad. cons. 324. Bald. cons. 46. vol. 1. Aymon. Cravetta in cons. 148. vol. 1. n.* 12. ex quibus aliis fraus colligi possit in contractibus istis, videndus est *Speculat. tit. de donat. inter virum & uxorem in §. 2. vers. etiam sic notavit Bald. in l. 3. C. plus valere quod agitur, Sylva nupt. in lib. 6. tit. quomodo Judex pro commun. opin. n. 16. fol.*
9 577. & si confessio mariti de dote recepta in dubio præsumatur fraudulenta, videas *egregium Fontanell. in clauf. 14. glos. unica part. 2. num. 56.*
10 & si confessio mariti de dote restituenda facta ante contractum matrimonium, vel eo soluto, si præjudicet sibi, vel ejus heredibus, propter eandem confessionem; dum agitur de ea restituenda, vide *Bart. in l. assiduis vers. quæro circa legem nostram C. qui potior. in pignor. & in l. 2. §. pen. ff. si certum petatur, Cyn. in authent. sed jam necesse C. de donat. ante nupt. vide Constant. de Roger. in tract. de dote in §. 5. Joann. Ant. Campeg. de dote quæst. 57.*
11 *n. 2.* & si hæc confessio mariti præjudicet Fisco, *Afflict. in constitut. Regni causa n. 5. & in dec.* 1. ubi talis confessio operat, causatque deductionem dotis etiam adversus Fiscum, ita *Peregr. de jure Fisci tit. de publication. bonor. lib. 5. num.* 82. secus si talis confessio erit subsequens facta post delictum ab ejus viro, nam arguit fraudem, idem *Peregrin. ubi supra n.* 184. per *text. d. l. quis post hac, & in l. res uxoris C. de donat. inter vir. & uxor.*
12 & ad cognoscendum, quando talis confessio erit fraudulenta vel ne; & si noceat creditoribus, qui hoc mediante tempore, contraxerunt cum viro, videas *Magon. decis. 68. num. 10. Rotam Avenion. decis. 25. Fachin. allatos per Domin. Reg. Sanfelicium in decis. 152. nuper edita part. 2.* Et in
13 causa vertente in M. C. V. quæ deinde per appellationem introducta fuit in S. R. C. inter creditores quondam Stephani de Campora contra Apolloniam Abenantem ejus uxorem, quæ pro excludendis creditoribus dicti ejus viri, quorum unus erat meus genitor Julius Rummus suo loco graduatus, nec non & Catherina Clemente uxor J. U. D. Domini Januarii Grossi omni scientia ornatissimi, & Otiosorum Academiæ pro ea patrocinante dicto ejus viro, filia & heres qu. Gratiæ Chiajese, ac qu. Bellisarii Clemente J. U. D. olim in S. R. C. Advocati primarii, dicta Apollonia petierat exequutionem sententiæ assistentiæ obtentæ super nonnullis bonis dicti sui mariti pro ejus dotibus ducatorum 800. ut in instrumento dotali, ubi apparebat confessio receptionis partis dotium duc. 300. in pecunia numerata; verum pro dictis creditoribus ad impediendam dictam exequutionem sententiæ assistentiæ plura in facto, & in jure fuerunt in S. R. C. allegata, & in specie ad fundandam fraudem, dum confessio prædicta post multum tempus, scilicet

cet ſpatio 22. annorum erat facta, & poſt promiſſionem ſubſecuta, infra quod tempus, dicebant creditores, debita plura contraxiſſe dictum Stephanum, ut 14 ex eiſdem actis videbatur, & ideo prædictam confeſſionem fuiſſe factam in fraudem, & inter ceteros DD. allegatus fuit doctiſſimus, & magnus *Menochius de præſumptionibus lib. 3. præſumtion. 12. num. 29. verſ. 3.* ubi dictum articulum diſputat, *ita Bald. Novell. tract. de dote part. 10. numer. 12. verſ. ſi autem, Alex. in conſ. 80. lætatus num. 1. libr. 7. Urſill. in præc. deciſ. 402. ad Afflict., Guttierez lib. 1. pract. 99. quæſt. 120. Dom. de Franch. deciſ. 86. Farinac. dec. Rotæ Romanæ 77.* quos refert *Reg. Rovitus in pragm. 2. de appellat.* deciſio cujus adhuc pendet in eodem S. R. C. coram Regio Conſiliario Franciſco Antonio Muſcettula viro patritio, ac S. R. C. Decano, licet in decreto S. C. ad relationem ejuſdem M. C. V. fuit pro nunc ordinatum, ut procederetur ad venditionem omnium bonorum præcedente appretio, & in pretio audiantur omnes creditores: Actuarius de Sollatio nunc Clavellis in anno 1637. adde etiam ad hunc articulum Doctiſs. *Fabrum in ſuo C. in tit. de dote cauta non numerata tit. 5. lib. 10. definit. 1.* & ad cognoſcendum, ſi per confeſſionem hanc præcedente promiſſione dotis tollatur exceptio non numeratæ dotis, *Fachin. lib. 8. controv. cap. 81.*

SUMMARIUM.

1 *Dicta in præcedentibus intelligantur repetita in probationibus, & qualiter.*

2 *Præfationes arguunt cauſam finalem, ac diſpoſitionem teſtatoris.*

3 *Creditor in pecunia, an teneatur accipere bona ſtabilia a debitore.*

AD *verſ. Item ſi probetur num. 13.* adde *Bart. in l. retentionem C. de* 1 *uſuris*, ubi inquit, quod in probationibus dicta in præcedentibus intelliguntur repetita in ſequentibus, dummodo non adſit intervallum in repetitione, *Specul. tit. de inſtrument. edit. §. nunc autem videndum in verſ. item excipitur*, quando vero ſtatutorum præfationes ipſa ſtatuta reſtringant, videas *Bartol. in l. cum hi in princip. verſ. item nota, & in §. eum de tranſact., Bald. in l. fin. de hered. inſtitut. text. in l. Titia §. item reſpondit ff. de ver. bor. obligat.* & ſi præfationibus ſtatutorum ſit credendum vel ne, *Imol. in cap. penult. de cler. conjugat. Anchar. conſ. 22. col. 2. verſ. 15. Gozzon. conſ. 7. Caſſan. conſ. 58. Beltran. conſ. 121. vol. 3. Car. Ruinus conſ. 95. volum. 5. Grat. reſponſ. 44. viſis col. 2. vol. 2.* & ſignanter *Caſſan. in conſuetud. Burg. in verb. iſtud eſt proœmium.*

2 Sed quando tales præfationes arguant cauſam finalem, ac diſpoſitionem teſtatoris, *Bald. in l. noſtram col. 1. Cod. de teſtamentis, Cacher. deciſ. Pedem. 23. num. 31. Dec. conſ. 600. num. 2.* immo quod ſemper colligatur ex eis intentio loquentis, ac finalis cauſa, vide *Nattam in conſ. 164. num. 18. Angel. conſ. 180.* & ſic nota has præfationes ſemper uſu fuiſſe antiquorum, *Specul.* refert *in tit. de advocatis in §. nunc de exordiis*, & ſine eis non eſſe inchoandum, ait *Bart. in rubrica ff. de acquirend. hered. per text. in l. 1. ff. de orig. juris*, dant enim intellectum legibus, & ſecundum eas lex conſtringitur, refert *Regens Rovitus in commentar. pragm. 4. de poſſeſſionibus ad invicem non turb. num. 39.* citatus per bon. mem. *Matthæi Patigni olim Conſiliarii integerrimi ad pragm. 15. de milit. numer. 28.* penes quem plura circa effectus harum præfationum, *Afflict.* etiam

etiam in hoc *verſ. de datione in ſolutum*, adde *Regent. Sanfelicium in dec.*
2 268. ubi tractat *ſi creditor in pecunia tenetur accipere bona ſtabilia a debitore, vel ejus heredibus*, circa materiam *auth. hoc niſi de ſolut. de Franch. dec.* 81. & ad materiam præfationum, & quando ex eis contractus intentio dignoſcitur, & mentem contrahentium, videas *Caſpar. Theſaur. in quæſt. forenſ. quæſt.* 1. *per totam*, qui eandem ad quæſtionem venit.

SUMMARIUM.

1 *Suſpectio fraudis in datione in ſolutum an detur.*

2 *Fraus ex ſuſpectione præſumitur.*

3 *Delinquens excuſatur a delicto ob affectionem.*

4 *Suſpectio fraudis in contractibus conjunctorum ceſſat.*

5 *Aditus, ſeu introitus ad domum, quæ habet unum aditum, an detur data diviſione domus, & quid in venditione domorum habentium clauſtrum commune.* n. 6.

AD *verſ. item præſumitur numer.* 14. adde *Rendellam hoc idem dicentem in verſ. ſimulate donaverit in eodem tract. Gloſ.* §. *ideoque illi num.* 6. *verſ.*
1 *ex his*, & ſic nota in datione in ſolutum regulariter, & omnino, ſuſpectio fraudis non præſumitur, cum ſit neceſſaria, ut voluit idem *Rendella hic*, ſi præciſe cauſative ſaltem, & *D. de Franchis in deciſ.* 488., & ubi-
2 cumque actus habet neceſſitatem, ceſſat fraudis ſuſpicio, ſecundum allata per *Gabrielum conſ.* 58. *numer.* 23. & ſi datio hæc in ſolutum fuerit plus debiti, omnino tollitur, & inutilis erit, ſecundum *Bart. in l. ſi non ſortem* §. *ſi centum ff. de condict. indebiti*, *Curt. junior. in conſil.* 170. *vol.* 2. *n.* 3. quod limitatur ſecundum *Marant. in ſuo ſpecul. part.* 6. *actu* 3. *numer.* 20. & 21. duobus modis videlicet in tenuta, & in actione hypothecaria; ſic etiam ex affectione arguitur fraus, *Afflict. hic*, cui adde, quod affectio ſemper cadit in rebus, antiquis, ac majorum noſtrorum, *text. eſt in l. cum ſervus ff. mandati*, *Cyn. in l. quoties C. de fideicommiſſ. Caſtr. in conſ.* 16. *Molin. de primogenitis Hiſpanorum libr.* 3. *cap.* 5. *numer.* 53. *habetur in libr. de Regibus* 4. *cap.* 21. *ubi legitur Natan noluiſſe vineam vendere, quia fuit ejus paren-*
3 *tum*, ſic nota etiam affectionem eſſe tantæ efficaciæ, ut excuſantur delinquentes a delicto, ita per *Tiraquell. de pænis cauſ.*22. & *Burſat. conſ.*346. *n.*24. *vol.*4.

Sed facta donatione in ſolutum conſanguineo an præſumatur fraus in
4 ea commiſſa; in contractibus enim conjunctorum omnis fraudis ſuſpectio, ac metus præſumtio ceſſat, inquit *Alexandr. & Bald. in l. tranſactionem, ubi gloſ. de tranſact. Natta in conſ.*192. *vol.*1. *num.* 22. & *in alio conſ.* 137. *num.*6. *vol.* 1. inquit, ſic etiam *Afflict. hic* in medio.

5 Ad id vero, quod *Afflict.* inquit in medio hujuſmet *verſ.* videlicet, *ſi vendatur medietas* domus lateribus retentis in fraudem vicini, quæ domus non habet, niſi unum introitum, quæro incidenter, quod ſi deinde facta eſt diviſio totius domi, vel fundi, & non fuit conventum, ut unus habeat introitum per eandem domum, an hoc tacite intelligatur. Reſpondetur, quod niſi hoc expreſſe inter eos fuerit conventum, minime præſumitur, *text. eſt in l. etiam conſtituti* §. *quæcumque*, ubi DD. *de ſervit. urb. prædiorum* vide *Cæpollam in tract. de ſervit. cap.*37. *de itineris ſervit. fol. mihi* 100. *col.* 2.
6 quod

6 quid vero in venditionibus duarum domorum habentium claustrum, seu porticum commune, vide eundem *Cæpoll. ubi supra in cap. 44. fol. 129. num. 7.* ubi inquit: *annexorum, & connexorum eadem esse natura*, ut per *text. in l. cum actu*, ibi: *Plane si connexum fuerit ff. de negot. gest.*, & habetur *in cap. quando, ibi in textu (ita conjuncta, & connexa) extr. de judiciis*, & alia notat. apud *Cæpol. in tract. de simulat. contr. in 5. principal. casu num. 98.*

SUMMARIUM.

1 *Fraus an præsumatur in donatione facta, postquam emtor fuerit citatus ad relaxandum; & quid in donatione necessaria ante judicium motum.* num. 2.

3 *Donatio facta lite pendente, censetur in fraudem facta.*

AD *vers. Item dico*. Adde ea quæ supra fuere adnotata in §. 3.

Ad id vero, quod per *Afflict.* hic
1 dicitur, videlicet, ut fraus præsumatur in donatione facta, postquam emtor fuerit citatus ad relaxandam rem vicino ex causa juris congrui, vel modo, videlicet, si donator retinet possessionem rei, *Bald. in l. 1. C. de don. ante nupt. Masc. in conclus. 559. n. 12. & 14.* & per nos supra, & in alia *conclus. 446. num. 12.* ita *Napod. in consuetud. 1. glos. possidet num. 45. in fin. Marant. optime in sua disp. solemni*
2 *9. num. 25.* sed quid in donatione necessaria habente causam vetustiorem ante judicium motum, ut etiam post incœptum judicium, quod valeat, & teneat talis donatio facta, fraudis machinatione cessante, *Viv. decis. 320.* quam *Dominus Episcopus Riccius in collectan. 2300. & in collectan. 6.* refert *Cacher. decis. Pedem. 163. n. 12.* sic propter necessitatem, etiam vasallus poterit alienare feudum, etiam in vita sua, secundum *Parid. in tit. de re integr. vers. quæro de quæstione fol. 68. num. 2.* allatum *a Jacobo Masuilo ad Capyc. in decis. 99. num. fin.* in fine eundem *Masuil. a decis. 85.* ubi tractat materiam donationum factarum in fraudem successorum, & de iis, quæ fiunt personis conjunctis, si in eis fraus potest suspicari vel ne, *Surd. in de-*
3 *cis. 172. num. 8.* ubi donatio facta lite pendente, in fraudem censetur facta, ita *August. Berous in consil. 120. num. 33. vol. 1.*, vel facto ab eo, cui mox erat lis movenda, idem *Berous in eodem cons. num. 10.* & quid si donatur personæ conjunctæ, adde *Scip. Buccin. ad consuetud. Neapolit. 1. in eodem tit. de jure congrui, incipit, Nota hic*, & circa modum detegendi fraudes, ac simulationes, *Bartol. Soccin. in cons. solemni 264. & Anchar. in decis. 369. & Mascard. in concl. 555. 556. & 557. num. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Juramentum probatorium est necessarium, & purgativum, quod datur in defectum probationum.*

2 *Emtor dum adstrictus venit a vicino ad deferendum juramentum, jurat sicut in juramento calumniæ.*

3 *Judicis officium imploratur adversus emtorem jurare volentem contra vicinum, ut illum defraudet.*

4 *Probationes, an admittantur adversus juramentum causa evitandi perjuria,* & num. 5.

6 *Appellatio an detur a juramento calumniæ.*

7 *Statutum disponens ut stetur juramento alicujus, si contrarium probatur, an illi standum erit.*

8 *Probatio offerenti deneganda non est.*
9 *Via perjurantibus non est aperienda.*
10 *Probationes adversus juramentum, quare admittantur.*
11 *Exceptio adversus juramentum, an admittatur.*
12 *Dictio* post *cujus sit naturæ.*

AD quintum notabile, adde ea, quæ per nos adnotata fuere supra in 4. notabili circa juramentum, quod exigitur ab emtore rei per vicinum, ac etiam *Thesaur. in quæstionibus forensibus in quæst. 81. lib. 4. n. 5. & 6.* ubi circa hujus notabilis materiam ait,
1 juramentum istud esse necessarium & purgativum, quod datur in defectum probationum, ut etiam inquit *Rendella hic in §. causa vero dotis glos. post juramentum n. 2. vers. item aliis*, & quod adversus hoc juramentum admittuntur probationes contrariæ, quemadmodum per instru menta denuo reperta hoc juramentum retractaretur; ex
2 necessitate enim emtor jurat, dum coactus venit a vicino ad deferendum hoc juramentum, sicut in juramento
* calumniæ *, ut apud *Benedell. hic in §. ideoque illi aliis*, & ideo admittuntur
3 favore vicinorum, nam certi emtores uti immemores salutis æternæ, dum eis defertur juramentum potius perjurarent caussa evadendi jus congrui, quod esset in vicinorum fraudem, & sic locupletarentur cum jactura aliena, & frustra daretur eis juramentum; ad evitandum ergo hoc, probationes & Judicis officium adversus eum imploratur, *Mascard. de probationibus conclus. 955. ubi num. 13.* ampliat hoc etiam adversus sententiam prolatam, ita *Thesaur. ubi supra*, ejusque genitor refert fuisse decisum in *Senatu Pedem.*, ut
4 non obstante juramento, testes & probationes admittantur, ita per *Afflictum habetur in decis. 64.* ut adversus
5 juramentum admittantur probationes, ne agere volenti præcludatur via di-
6 centem: esse evitanda perjuria, ut dixi in *notab.* de cujus pœna habetur in *Constitut. Regn. eos qui scienter*, sed
7 quid adversus juramentum calumniæ, seu judiciale, ac litis decisorium, *text. in l. admonendi ff. de jurejurand. cap. & si Christus tit. eod.* a quo juramento certum est appellationem non dandam esse, *l. generaliter C. de reb. cred. & jurejurando §. 1.*

Quod adversus supradictum juramentum admittantur probationes, habetur per *text.* ejusdem nostræ constitutionis, ibi: *Si autem post juramentum, probatum fuerit contra Constitutionem nostram simulate hoc egisse, venditor & emtor pœnam perjurii substinere debent*, clare ergo apparet, quod admittuntur probationes ex dispositione ejusdem legis nostræ adversus juramentum factum per emtorem, & hæc sunt verba legis, quæ sunt intelligenda secundum propriam ejusdem significationem, *text. in l. ita vulneratus ff. ad leg. aquiliam, ubi Bartol. in vers. item nota*, & quod ex statuti dispositione statur juramento alicujus, ut si ex adverso probetur contrarium, non credatur amplius dicto juramento, apud *DD. in l. qui bona §. quidam ff. de damno infecto, Bald. in l. 1. C. de reb. cred., & in l. si tutor C. de periculo tutorum, Angel. in l. qui restituere ff. de rei vendicatione, Innoc. in cap. fin. quod met. causa Barb. in cap. posuisti de*
8 *prob.* quæ probatio offerenti deneganda non est, *l. quinquaginta ff. de excusat. tutorum*, ubi *Bald.* & ad hoc ut postea irrogetur pœna perjurii perjurantibus. Bene igitur in hoc 8. *notabili* disponitur probationes adversus juramentum venditoris, sicut *Afflict.* tenet omissis objectionibus in contrarium, quæ per Scribentes super hanc

Extra-

Extravagantem afferentur, tamen pro veritate hujus videndus *Mascard. de probat. in conclus.* 472. *num.* 41. ubi
9 etiam probatur hoc dictum superius circa probationes adversus juramentum, admittendas; nam talis fraus velata, & in præjudicium vicini machinata per contrahentes non posset, nisi per solum Deum detegi, cum ex dilatione solius juramenti nunquam scire posit veritas, & consequenter delusus esset vicinus per perjurium commissum, immo viam aperiretur perjurantibus, quod non est permittendum, *Specul. tit. de offic. omnium judic. in* §. *postremo vers.* 6. *cap. cum dilectus, quod metus causa*, nisi contrarium, admitterentur probationes, ita *Thesaur. ubi supra loco citato*, probationibus inquam multum leges favorabiles sunt, & arctandæ enim non sunt, sed potius eis ampliatio tribuenda, *l. generaliter ff. de reb. creditis, authent. de test.* §. *quoniam scimus, l. quoniam C. de hæreticis, & Ma-*
10 *nicheis*, sic probatur postremo tales probationes esse admittendas adversus hoc juramentum, quod a lege fuit introductum, seu statutum, quod idem est, & confutatur per contrariam probationem, sicut tenet *Covarr.* qui testatur de communi in *tract. variarum resolut. lib.* 2. *cap.* 13. §. 1. *num.* 4. *versicul. quarta conclusio*.

11 Et si exceptio adversus juramentum sit admittenda vel ne, *Caravit. super Ritibus in ritu* 166. *num.* 45. & si sit hæc exceptio incontinenti probanda, vel ex intervallo, dic secundum *Ant. de Caputis* ex intervallo per di-
12 ctionem *Post*, quæ significat intervallum temporis, juxta *glos. in l. non erit* §. *fin. ff. de jurejurando*, quæ dictio adest hic, quid vero si perjuraverit venditor, vel emtor, an perjurium unius noceat alteri, vide *Surd. in decis.* 225. *num.* 13. circa vero modum detegendi fraudem simulationemque contractus, videas *Rendellam in eodem tractatu de jure congrui* hic *in vers. probatum simulate egisse*.

SUMMARIUM.

1 *Perjurium quidnam sit, & an sit crimen ecclesiasticum.* num. 2.
3 *Perjurus quis sit,* & num. 25.
4 *Perjurus an sit infamis.*
5 *Perjurus an possit esse testis.*
6 *Perjurus qualiter excusatur.*
7 *Paupertas excusat a perjurio.*
8 *Pœna adversus perjurantes, quæ sit.*
9 *Agi an possit criminaliter pro perjurio.*
10 *Pœna perjurii an transmittatur ad heredes, qui tenentur ad observantiam contractus.* num. 11.
12 *Juramentum an liget respectu Ecclesiæ & Universitati, si a Prælato vel Syndico fuerit præstitum.*
13 *Perjurium remitti an possit per Partes.*
14 *Jurans pro causa justa, an sit perjurus.*
15 *Perjurus an puniatur per Judicem laicum.*
16 *Causa perjurii an dicatur causa criminalis.*
17 *Dolus est delictum.*
18 *Qualitas delicti ex genere pœnarum dicitur.*
19 *Judicium criminale est, quando pœna applicatur Fisco.*
20 *Perjurare displicet Deo, & quare.*
21 *Perjurium quot modis committatur.*
22 *Exceptio perjurii an repellet agentem.*
23 *Causam perjurii nemo dare debet.*
24 *Jurans falsum credens esse verum, est perjurus.*
26 *Constit.* eos qui scienter *an comprehendat perjurantes adversus Principem.*

AD 6. *notab.* Pro ornatu hujus no-
tabilis, circa perjurii definitio-
nem, videas *glos. in cap. tua nos de
jurejurando*, *& Bald. in l. fin. C. de
reb. creditis*, *Boer. decis.* 305. *num.* 1.
1 ubi perjurium dicunt *esse mendacium
juramento firmatum*, ita etiam definitur
secundum *Angelicum Doctorem Divum
Thomam Aquinatem in lib.* 4. *senten-
tiarum distinct.* 39. *quæst.* 4. & dicitur
Græce E'πιορκία, & per *Bellovisum*
2 *in l.* 2. *C. de jurejurando*, & an
* sit crimen ecclesiasticum *, videas,
quæ apud *Jo: Bertach. in verb. perju-
rium est*, in suo amplissimo repertо-
3 rio, & quis dicatur perjurus, vi-
de *Bart. in l. pupillus* §. *verbum ff. de
verb. signific. & Marant. in suo specu-
lo part.* 6. *memb.* 7. *num.* 9., *& par-
te eadem actu* 4. *num.* 17. ubi princi-
palis examinatus cum juramento non
punitur ut perjurus, ex *Rit.* M. C. V.
si falsum deponat, & plenius apud
4 *Bertach. loco sup. cit. lin.* 40. & si di-
catur ac existimatur pro infame per-
jurus, quod sic, per *text. in l. si quis
major C. de transact. Bald. in authen-
tic. & si dicatur C. de test. Lanfran-
chus de Oriano in cap. quoniam extr.
de probat. & habetur in* 6. *quæst.* 1.
cap. infamia, ita *Card. Paris. in cons.*
26. *num.* 3. *cap.* 3. *Afflictus in Const.
Regn. dementia num.* 17. *in medio lib.
rubr.* 3. *& Abb. antiquus in cap. que-
rela de jurejurando*, *Bart. & Angel.
in l. Lucius ff. de infamia*, & apud
5 alios, & an possit esse testis, vide
Oldrad. in cons. 91. & per *Felinum in
cap. ex parte de testibus*, & quoad
Deum an hoc perjurium sit majus de-
lictum homicidii, videas *Bart. in cons.*
217. *Aymon. Cravettam cons.* 209. *n.* 18.
vol. 1. *& text. in cap. merui vers. ecce
quidam*, *& cap. duo dist.* 13. & an
Deum contristare faciat, videas *authent.
cui delictum*, *ubi Bald. column.* 4. *C. de*
6 *indict. viduit. toll.* quomodo ergo ex-
cusetur, docet *Surd. in decis.* 58. *num.*
6. & 7., & quod in dubio est capien-
da interpetratio in bonam partem pro
excusatione ex causa evitandi perjurium,
idem *Surd. in eadem decisione num.* 4.
& Cacher. in decis. Pedem. 75. *num.* 3.
attenta bonitate, ac qualitate personæ,
cum per malam vitam præsumitur po-
tius perjurus, quam contra, ita *Afflict.*
7 *in dec.* 36. *n.* 3. & si paupertas excu-
set a perjurio vel ne, dic quod sic;
estque unum de privilegiis ipsius pau-
pertatis, vide *D. Petram in addit. ad*
8 *Capyc. in decis.* 85. *num.* 9. de pœna
vero perjurii quæ, & qualis sit, prin-
cipaliter videas *gloss. in cap. Rex* 23.
quæst. 5. *in verb. & perjuros*, & apud
Addentes *in d. dec.* 6. *quæst. cap. præ-
dicandum*, *& cap. monet in verb. per-
jurii*, *& apud eumdem Surd. in dec.*
120. *Jason. in l. si avo patroni* §. *fin.
ff. de jurejur. & Mascard. in conclus.*
1173. penes quos multos modos per-
jurii, sic etiam per *Cacher. in alia de-
cis. Pedem.* 66. ubi refert pœnas, quas
dabant antiqui adversus perjurantes,
& de modo jurandi, & de pœna, quæ
olim, *num.* 10. *& in dec.* 72. *num.* 2.
sic etiam apud *Afflictum in dec. præc.*
28. *& in alia* 30. *&* 200. ceterosque
apud *P. Caravitam in ritu M. C.* 133.
171. *& in ritu* 182. *& per Scalionem
super ejusdem M. C. V. Ritibus in ri-
tu* 365. *num.* 7. & apud eundem *Af-
flictum super commentariis constit. Regn.
eos qui scienter num.* 2. *& per Foller.
in fragm. praxis crimin. num.* 203. *tit.
de perjuriis*, & novissime *per D. Mar-
chion. Regent. Carolum Tapiam in* 5. *li-
bro sui amplissimi Codicis juris Regni
tit. de perjurio in add. num.* 11. ubi
varias pœnas perjurii refert, & licet
erat olim manus amputatio, hodie ta-
men est redacta ad pecuniariam pœ-
nam, ut per eosdem supracitatos DD.
an

9 20. pro perjurio agi possit criminaliter, *Caravita ubi supra in d. ritu* 132. 182. & reservata pœna perjurii, an possit Pars instare pro declaratione illius, *D. de*
10 *Franch. in decis.* 181. & si hæc pœna transmittatur ad heredes perjurii vel ne, videas omnino *Ant. Gal. de absolut. a juramento* §. 2. *n.* 31. *Marinum Frecciam de liquid. instrum. in tit. de præsent. part.* 11. *quæst.* 1. *num.* 3. ubi
11 concludit *negative*, licet ad observationem contractus teneantur heredes, pro veritate tamen videas omnino *Capyc. in decis.* 75. *Afflict. nostrum*, *&* *Bartol. de Capua in d. Constit. Regn. eos qui scienter*, *&* *Ursill. qui citat alios in annotatione ad Afflict. super decis.* 381. *num.* 5. *Carav. super rit. M.C.V.*
12 128. *D. de Ann. in alleg.* 28. & quid in Prælato respectu Ecclesiæ; vel Syndicis respectu Universitati an liget hoc juramentum præstitum per eos, videas *Romanum in cons.* 369. *Corneum cons.* 45. quos refert in additione ad eamdem *decis. Capyc.* 75. *Petra num.*
13 14. *&* 15. & si per Partem remittitur hoc perjurium, videas *Afflictum in dec.* 35. *supra citata*, *&* *Cravettam in cons.* 151. & alios quos refert idem *Petra ad Capycium in dec.* 85. *num.* 1. ubi *per text. in cap. debitores de jurejur.* tenet negativam opinionem; & a quo absolvatur perjurus, dic a Summo Pontifice, *Ripa resp.* 55. *Viv. præc. decis.* 120. *&* *Anna in allegat. supra citata*, *Carolus Grimaldus*, qui fuit Advocatus Neapolit. in suo tempore, deinde Tribunus plebis hujus Civitatis in *add. ad tract. Tartagliæ*
14 *in cap.* 1. *num.* 134. & deferens pro causa justa an dicatur perjurus, *Afflict.* tenet negative in *Const. Regn. inquisitiones tit. de inquisition. faciendis n.* 11.
15 & tale crimen perjurii, an puniatur per Judicem sæcularem *, maxime si coram eo fuerit perjuratus, *Boer. videas in præc. decis.* 305. *numer.* 1. *Benedell. num.* 10. causa vero perjurii an di-
16 catur causa criminalis vel ne, *Afflict.* dicit esse criminalem, ut in *decis.* 64. *numer.* 2., *&* *in constitut. Regni clementia*, & probatur ex hoc, nam quis
17 dicitur in dolo per perjurium, & dolum certum est, esse delictum, ut per *text. in l. item exigit in fine ff. de dolo*, & ubi delictum ibi sequitur pœna; correlativa enim sunt per *text. in l.*
18 *sancimus ff. de pœnis*, immo ex genere pœnarum inducitur qualitas delicti, ut ait *Caravit. in Ritu* 109. *num.* 3. secutus a *Card. in tractatu maleficiorum* apud eundem *Carav.* maxime cum pœna hic applicatur Fisco, quæ a delicto dependet, *text. in l. quod ait*, *ubi Bart. in cap.* 1. *de adulteriis*, & *in cap. ultimo extr. de sent. excommunicat. glos. in* §. 1. *vol.* 3. *Institut. de pœnis quæ ex delicto nascuntur*, sic apud *Peregrin. de jure fisci lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 8. ubi
19 inquit, quod pœna, quod applicatur Fisco, judicium criminale est, per *text. in l. locatio* §. *quoad illicita ff. de publicanis*, ita per *Salyc. Alber. Bald. Abb. Alex. Jason. & Bartol.* variis in locis allatos per eumdem *Peregr. ubi supra de jure fisci*, licet per *Rendellam* teneatur contrarium, ut *hic in vers. fisco applicabitur num.* 6. *Benedell.* vero tenet esse delictum privatum simplex, ut in loco supra *cit. num.* 10. & neque criminale, neque civile, ad quod probandum movetur auctoritate *Iserniæ*, *&* *Cassanei*, *&* *apud eumdem Benedellum* & no-
20 tat quod perjurare multum displicet Deo, estque contra Religionem Christianam, & in Dei contemtum, solumque ipsum Deum ultorem habet, ut *Cod. de reb. cred. l.* 2. infamisque is reputatur, *d. l. si quis major Cod. de transact.* & ille, qui juravit in dolo proximi, non ascendit in montem Do-

Domini, neque stabit in loco sancto ejus, nec a Domino benedictionem accipiet, & misericordiam a Deo salutari suo; sed ille ascendit in montem Domini, & benedicetur a Deo, misericordiamque consequitur, qui innocens manibus est, & mundo corde, & non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximi sui, ut ait *Psalmista in psalm.* 33., & 12. *quæst.* 2. *cap. movetur in verb. perjurii autem*, etiamque adde *Jo: Jacobum Anichinum JC. Neapolitanum* olim causarum patronum *in tractatu de præventione instrumentorum, sive commentarium ad pragm. Regn. huj. malitiis de prævent. moder.* quæ post opus præventionis in lucem editum, mors in juventute immature prævenit; quid est vita hominis! ut ait Propheta, nisi ventus, & fumus, *Job. cap.* 13. ut in verbo juramentum, ubi plura circa hanc materiam juramenti affert.

21 Sic etiam quibus modis committatur perjurium, habetur in *d. cap. movetur ead. quæst.* & tanta est turpitudo hujus perjurii, ut quis potius sustinere debet quodlibet damnum temporale, quam juramentum violare, ut docet *Doctor Angelicus Divus*
22 *Thomas* 2. 2. *qu.*78. *artic.*6. an exceptio perjurii repellat agentem a limine judicii, *Fontanell. de pactis nupt. claus.* 1. *gl.* 2. *part.*7. *n.*4. *Carolus de Grassis in except.* 4. *numer.* 52. repellet agentem, tamen excipientem minime repellit, item *num.* 7. *ubi supra auth. sine prohibitione matres* §. *quia*
23 *vera multa col.*2., & nemo causam perjurii dare debet, *auth. de nuptiis* §. *nos igitur col.* 3. *& dict. auth. de nuptiis* §. *nos igitur col.* 4. *& dict. auth. ut matres* §. *quia vero*, & de aliis modis committendi perjurium, vide *glos. antiquam Antonii Caputi impressam in opere Rendellæ in glos. pœnam perjurii numer.* 3. *ubi num.* 4.
24 ait: *quod jurans falsum putans esse verum, etiam dicatur perjurus*, adde etiam *Regentem Tapiam*, ut supra citatum *in l.* 5. *Codicis juris Regni in tit.* 28. *tit. de perjurio*, *ubi numer.* 8.
25 in ejus annotationibus super dicta *const. eos qui scienter* diversimode variisque modis declarat quis dicatur perjurus, quæve debent concurrere ad hoc, ut quis in perjurio incidat, ut in *n.* 7. *& etiam in num.* 11. plures pœnas, quibus perjurii sunt punien-
26 di, refert: & quid si constitutio illa comprehendat perjurantes adversus Principem, vide eundem *Tapiam in numeris sequentibus eodem loco, ut supra in principio Rubricæ*.

SUMMARIUM.

1 *Evictio non datur, stipulato contractu contra legis præceptum, etiamsi fuerit expressa promissio.* n.2.

3 *Emtor rei feudalis de evictione agere non potest, postea evicta.*

4 *Evictio non datur in alienatione rei feudalis, quia contra præceptum legis facit.*

5 *Pretium an erit restituendum a venditore rei feudalis absque assensu.*

6 *Emtor excusatur, dum pro se habet regulam generalem.*

7 *Evictio nulla debetur sublata re jure retractus.*

8 *Evictio venit consecutive.*

9 *Actio duarum pœnarum, una ab emtore, altera a venditore, quomodo procedat in jure remissive.*

10 *Pœna duplicata, quando quis puniri potest.*

11 *Fiscus an sit præferendus aliis creditoribus delinquentis in exactione pœnarum; quid si pœna applicatur Parti, & Fisco.* n.2.

13 *Pœna una imposita, altera relicta arbi-*

bitraria, an ipsa major sit.

14 *Pœna duplex exigi an possit, vel non.*

15 *Delinquens cum armis prohibitis an duplici pœna puniatur.*

16 *Evicta re a Fisco vendita an evictio procedat.*

17 *Pretium quoddam inspicitur præsens, vel præteritum.*

18 *Confessio spontanea quando valeat.*

19 *Pœna quando minor imponenda erit in delictis.*

20 *Pœna quando minuitur per confessionem.*

AD 7. *notab. Afflict.* in hoc notabili concludit *emtorem nullam habere posse adversus venditorem pro evictione actionem*, cui adde satis ad rem, *Thesaur. filium in sua sollemni quæst. forensi 23.* ubi in *num.* 2. ait *quod*
1 *stipulato contractu contra legis præceptum, nullam evictionem in eo cadere*, ex doctrina *Tiraquell. de retractu proxim. in* §. 1. *glos.* 1. *num.* 12. *Rubeum cons.* 162. *Caball. de evict.* §. 4. *num.* 50. quod vero hæc figurata sub in solutum datione sit facta contra præceptum legis nostræ patet; nam *Const. nostra Sancimus* vocat prius personas per eam numeratas, ut scilicet, ipsi requirantur, si velint emere vel ne, ut præferantur ceteris extraneis, & ut servetur hic ordo, sequitur omnino invaliditas actus alienationis, immo quod pejus & pœna, de qua *in* §. *nisi versic. & insuper*;
2 hoc etiam in tali contractu evictio minime cadet, licet fuerit expressa, & ad eam venditor minime adstringitur, ait *idem Thesaur. quæst. citat.* auctoritate *Iserniæ, & Alvarotti in c.* 1. *tit. si vasal. feudi fuerit controversia, & Tiraquell. de retractu consangu. in decis.* 290. *num.* 16. & alios; hoc idem confirmat *Laurent. de Fano in l. in quorum col.* 12. *de pignoribus, Angel. & glos. in l. si filia C. famil. ercisc und. l. necessario* §. *fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ, l. si quis domo, & l. si servus ff. de evict.* videas *Bald. in l. non dubitatur in fine C. de evict. & in c.* 1. *vers. demum, de prohib. feudi alienatione per*
3 *Federicum*, ibi enim habetur, emtorem de evictione minime posse agere ex venditione rei feudalis postea evictæ; sciebat enim feudalis rei naturam qualitatemve ipsius, ideoque emere non
4 debebat, ex eo, quia res feudalis, cujus alienatio prohibita est, *cap.* 1. ubi *Bald. de prohib. feudi alienat. per Federicum*, alienando facit contra præceptum legis, & consequenter contractus dicitur stipulatus contra jussum ipsius legis, propterea evictio non datur in eo, etiamsi fuerit promissa, ut ex *l.* 2. §. *fin.* ubi *Bald. C. com-*
5 *mun. de legat.* immo nec ad pretii restitutionem, quando mala fides, & culpa utriusque intervenerit, & manifestus dolus cum animo fraudandi Dominum de re sua; quæ ob non impetrationem assensus colliguntur, ut per *Thomam de Marinis in citat. c.* 1. *num.* 2. licet ex æquitate est, esse restituendum, secundum *text. in l. emtorem* §. *qui autem ff. de action. emt. & Thesaur.* ubi supra *num.* 3. & 12. ubi inquit magis venditoris, quam emtoris esse culpam, & ideo rem pretiumve amittit, & sic potius emtori erit succurrendum, ut non amittat solutum, quam dicto venditori,
6 ut dictum est; emtor enim excusatur per *textum, & Gloss. generalem l. nec emere C. de jure delib. l. invitum C. de contrah. emtione & venditione. l.* 1. *& per totum C. eod. l. fin. C. de jure deliberandi.*

Et quod de evictione dictus emtor adversus venditorem minime agat, ita

ita cum *Afflict.* tenet hic *Rendella & Benedellus in rubrica num.* 63. & 64. *in verſ. an re vendita*, ea ratione, ſecundum *Afflict.* hic per *cap. quia* 38. *diſtinctione*, ut in medio notabilis hujus, & quamvis eiſdem ſupradictis juribus poſſet ſe tueri venditor, obſtat tamen ea diſpoſitio hujus noſtræ conſtitutionis, quæ vult, ut res cum effectu vendantur vicinis per Dominos ipſarum, dummodo in eis non committantur fraudes, ac ſimulati contractus fiant, ideo adhibet ad hoc pœnas poſt probationes adverſus juramentum prolatum per contrahentes, tam venditori, quam emtori ex cauſa perjurii commiſſi per eos, ibi: *& inſuper rem venditor amittere debet, & emtor pretium, & Fiſco applicabitur*; patet ergo ex apertis verbis *text. conſtit.* jubentis, emtorem etiam eſſe debere in pœnam amittendi pretium propter pœnam perjurii, & conſequenter nec poteſt pro evictione agere;
7 nam ſublata re jure retractus, nulla debetur evictio, refert *Tiraquell. de retractu lignag. gl.* 9. §. 1. *n.* 34.
8 *fol.* 54. ſi enim minime ad pretii reſtitutionem (quod plus eſt) quomodo ad evictionem? cum evictio venit conſequutive, *arg. l. oratio ff. de ſponſ.* ultra pretium rei, & ſic pro damnis, & intereſſe jam paſſis, *Roman. ſingul.* 383. eo magis quod iſti contrahentes ambo, ut ait *Afflict.* fuere in culpa, & non ſolus venditor, ideoque cuncti etiam debent eſſe in pœna, *arg. l. ſancimus ff. de pœnis*.

9 Dum vero dicit *textus* (*& Fiſco applicabitur*) ut in fine *hujus* §., quomodo poſſet hoc procedere de jure, ut permittatur exactio duarum pœnarum, ſcilicet una ab emtore, altera a venditore, vide *Annam in alleg.* 40. *num.* 1. *Caylium pract. obſervat. lib.* 2. *obſervat.* 59. *Myſing. centuria* 1.
10 *obſervat.* 17. & quando quis duplicata pœna plectatur, videas *Foller. in rubric. pœnis debitis feratur, in praxi criminali part.* 4. *principalis num.* 40.
11 & 41. & ſi in exactione pœnarum Fiſcus, & privatus, ſuper pœna impoſita pro multa delinquentis, & an ambo concurrant, vel dividitur, & quis ſit præferendus, facit *Peregrin. in tract. de jure fiſci in titul.* 8. *de pœnis & multis numer.* 11. & 12. ubi tractat quæſtiones has, & alias ſimi-
12 les, & ſi pœna pecunaria, vel ſimilis a lege, vel ſtatuto introducto applicetur Parti vel Fiſco, vide *Marant. in ſuo ſpeculo part.* 4. *in diſt.* 1. *n.* 4. *in tit.*
13 *judiciorum tela*, & impoſita una pœna, alteraque relicta arbitraria, an ipſa major ſit, dic quod non, ſecundum *Clarum*
14 *in quæſt.* 83. §. *fin.* pro veritate tamen hujus, ſi duplex pœna exigi poſſit, vel ne, vide *Dom. illuſtriſſimum Ricc.*
15 *in ſua deciſ.* 42. *part.* 2. & delinquens cum armis prohibitis, an duplici pœna armorum prohibitorum exportationis, & delicti perpetrati puniatur, vide *deciſ.* 57. *eadem parte* 2.
16 Et evicta re vendita a Fiſco, an erit locus evictioni, dic quod tantum ad pretii reſtitutionem agitur ex ſpeciali ejus favore, *Peregrin. de jure fiſci lib.* 6. *titul.* 4. *num.* 36. & quando actio pro evictione detur emtori vel ne, vide *Dec. conſ.* 74. *col.* 2. *Tiraquell. de retract. conſanguinitatis in fine num.* 48. *Gramm. conſ.* 22. *in civilibus n.* 5. *Roland. conſ.* 67. *n.* 4. *vol.* 4. *Becc. conſ.* 106. *n.* 17. &
17 *Surdus in deciſ.* 22. *num.* 1. re autem evicta, quod pretium attendatur, præſens ne an preteritum, *Domin. de Franchis deciſ.* 297. *per totam*.
18 Ad id vero, ut ſi hi contrahentes ſponte confeſſi ſunt, ut mitiori pœna in eis infligatur, & ſic nota plus prodeſſe ſpontaneam confeſſionem, quam per

per torturam; vel metu extortam; spontanea enim confessio minime nocebit, neque probat, nisi confessus in ea perseverando ratificaverit, ita *Mascardus in conclusione 355. num. 36. & 37. Gomez variar. resol. de delictis in genere cap. 12. tom. 3. num. 6. in tit. de probat. delictor.*,
19 minoremque pœnam esse imponendam, tenet *Felinus in cap. afferte, & in cap. literis num. 7. extr. de præsumt.* & vide ad hoc *Petrum Follerium in praxi criminali part. 1. tertiæ partis in tit. & confitebuntur, num. 8.*
20 quando vero pœna propter confessionem minuitur, vide *Bald. in l. ea quæ in quæst. 11. C. de condict. indeb. & in l. contra negantem ff. ad leg. Aquiliam, Bart. in l. eum qui in princip. in prima col. vers. 2. not. ff. de jurejurand. Felin. in cap. de hoc de simon. 2. col. in capite.*

SUMMARIUM.

1 *Pœna omnis Fisco applicatur.*
2 *Pœna statuta a lege, vel statuto, cui applicetur, & quando inducitur pro nomine dupli.* num. 3.
4 *Pœna fraudantis gabellas quæ sit, & in quo applicetur.*
5 *Pœna a statuto imposita, an ejus medietas Fisco, & altera Parti detur.*
6 *Statutum dictans pœnam partim Fisco, & partim accusatori dandam, an tota Fisco applicetur.*
7 *Pœna quænam sit.*
8 *Pœna statuti semper servanda est, & tollit pœnam juris.*
9 *Pœna statutaria an possit esse major, quam arbitraria.*
10 *Pœna ordinaria in statutis respectu vendentis, an extendatur ad ementem.*
11 *Pœna imposita in Constitutione* Sancimus *an possit remitti a vicino.*
12 *Pœnæ quæ fisco applicantur, in eis summarie proceditur.*
13 *Pœna imposita promittentibus dimicare armis, eorum controversiam, an fisco debeatur.*
14 *Differentia inter pœnam, & multam.*
15 *Pœnæ, quæ applicari debent Fisco, vel Baroni.*

1 AD 8. notabile, ibi: *Omnis pœna Fisco applicatur &c.* vide *Menoch. de arbitr. jud. quæst. 82. Julium Clarum in praxi criminali quæst. 2.*
2 *Vivium commun. opin. 122.* & quando pœna simpliciter prolata a statuto, vel a lege, cui applicetur, vide *Bald. in d. l. 2. C. de Episc. aud. Angel. in auth. ut nulli in §. ut autem col. 1.*, & quod in dubio applicetur Fisco, patet ex dicta lege, ita *Peregrinus de jure fisci in tit. de pœnis, multis, & maleficiis num. 8. lib. 4.* ubi ampliat
3 etiam, quando lex indicit pœnam per nomina respective, scilicet dupli, tripli, & quadrupli, & similia; attamen
4 nota, quod limitatur hoc circa pœnas fraudantium gabellas; cum gabellario debentur etiam, quando factum est tale, quod non cadit in crimine, tunc pœna debetur privato, ita *Guglielm. & Bald. in l. si Ecclesiæ C. de Episc. & Cler.* quod vero pœna fraudantium gabellas applicetur gabellario, probatur etiam per *Baldum in l. 2. C. de fruct. & lit. expensis, & in cap. 2. tit. de cogn. feudor. Alexand. in l. agraria*, & plura circa pœnam fraudantium gabellas, & quænam sit, & cui applicetur novissime apud *Novarium in collectan. 228. super Pragmaticis Regni in Pragm. 5. sub rubr. de vectigalib. num. 123. & Illust. Marchionem Fulvium de Constantio Regentem olim meritissimum super tribus ultimis libris Codicis in tit. de pœnis fiscalibus num. 25. & 26.*
5 & statutum simpliciter statuens pœnam,

nam, an medietas applicetur Parti, & altera medietas fisco, vide ad hoc *Bart. in l. 3. ff. de sepulchro violato*, *Florianum in l. fin. §. hoc autem ff. de his qui dejecerunt vel effud. Alex. in l. si quis id quod col. ultima de jurisdictione omnium judic.* ubi in dubio tenet semper Fisco esse applicandum,
6 & statuto dictante, ut poena applicetur Fisco partim, & partim accusatori, debetur tota solutio Fisco, & a Fisco partem suam deinde petat accusator, *Bart. in l. 1. C. de vendendis rebus fiscalibus libr.* 10., *l. 3. ubi Salic. C. ad legem falcid. Regens Rovitus in suis commentar. pragm. Regn. super pragm. 9. de aleatorib. n. 3.* ubi allegat inter ceteros *Cabal. resolut. crim. casu*
7 202. poena autem quaenam sit, secundum *Vivium decis.* 132. esse delictorum castigationem, & secundum *Reg. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de abundantia Civitatis §. 3. num.* 3. esse illam, quae punit, vindicatque, per *textum in cap. poenitentia extr. de poe-*
8 *nit. dist.* 3. & quod poena statuti, ut est ista, quae imponitur hic, semper est servanda, tollitque poenam juris communis, *Franc. Mar. decis. 907. part.* 1.
9 *Cabal. resolut. crim.* 2. & poena statutaria an possit esse major, quam illa arbitraria, ut puta si statuat certam poenam, & deinde dicit: aliam judicis arbitrio remittimus, vide novissimas Additiones ad *Capyc. in decis. 149. & ad Grammat. dec. 36. num. 3.* si vero poena adjecta in contractu privati applicetur, vel ne Fisco, vide *Thesaur. in decis. Pedemont. 98. num.* 3. qui allegat *Franc. Marc. in decis. 411. n. 19.*
10 *& Bart. in cons.* 53. & poena ordinata in statuto respectu vendentis, si eadem extendatur ad ementem, *Boer.* ait: quod sic, in *decis. 48. num. 4.* sic etiam e contra, ut ex allatis per Doctores, quod idem *Boer.* fundat loquendo etiam
11 respectu juris congrui: haec vero poena hic statuta, si potest remitti a vicino in praejudicium fisci tam emtori, quam venditori; quod non, argumento *l. jus publicum C. de pactis*, argumento *l. Lucius §. poen. ff. ad municip. l. post mortem §. fin. eod. tit. ff. de pact.*
12 In judicio autem poenarum, quae applicantur fisco, nota quod proceditur summarie, & absque figura judicii, sive per statuta, sive per alia fuerint impositae, nec datur appellatio in eo, ut in *glos. 1. in cap. Regis Caroli II.* incipiente, *ab olim, lib. 3. col. 2. fol.*
13 *mihi 339.* & quod in duobus promittentibus dimicare armis eorum controversiam sub certa poena, an dicta poena debeatur, & exigatur, ac fisco applicetur, videas *Ursill. ad Afflict. in decis. 135. in num. fin.* & in alia ejusdem 206. poena minorata, cui applicetur Regi, vel ne, videas *Calper. in contraria causa fisci ut causa 1. de-*
14 *cis.* 2. inter poenam & multam quae sit differentia, & quae applicetur fisco,
15 quae Baroni, & quando non sit dictum cui applicari debetur, videas *Illust. Marchionem de Constantio supracitatum in tribus libris Codicis tit. de poenis fisci lib. 6. num. 7.* & per sequentes ad materiam facientes.

SUMMARIUM.

1 *Compositio, & transactio pro eodem ponuntur.*
2 *Compositio quaenam dicatur.*
3 *Compositio unde ortum habuit.*
4 *Compositio in delictis qualiter fiat.*
5 *Poenae sunt ipsarum legum ministri.*
6 *Interest Reipublicae delicta puniri.*
7 *Occasio delinquendi non est praebenda.*
8 *Compositio in aliis locis non est in usu.*
9 *Compositiones substinent vices poenarum.*
10 *Compositiones per quas personas faciendae.*

11 *Con-*

AD *vers. sed si fiscus admisit emtorem & venditorem ad compositionem*, juxta *cap. Regis Ferdinandi de*
1 *recept. latron.* Adde quod compositio, & transactio pro eodem ponuntur, ut in *l. ab accusatore ff. ad Senatusc. Turpillianum, & extr. de transact. cap. fin. Caravita super Ritib. M. C. V. in Ritu 276. num. 3. & per Regentem*
2 *Rovitum rubr. de composit.* & compositio est illa condemnatio certa pecuniaria, quam facit judex, ut in *Constit. Regn. Asperitatem*, habetur, ibique per nostrum *Afflict. num. 11.* licet eam diversimode esse. teneat idem *Caravita citato Ritu 276; num. 3.* ex opinione *Lucæ Pennensis in l. 1. C. de desertor. civit. lib. 12. Muscatell. in tract. de delictorum cognitione, in tit. de privileg. & pœnis, & in tit. de vuln. lethal. num. 22.*
3 Ex quo enim jure ortum habuit compositio a *cap. Regn. ad perversorum in tit. de declarat. const. prob. comp.* & a *cap. exercere volentes tit. de compon.* emanatis a Rege Roberto, & ideo dicuntur compositiones pœnarum commutationes, de quibus loquuntur
4 dicta capitula, quas faciunt judices habentes potestatem componendi de illorum delictis, accedente Partis remis-
* sione, quæ in dies practicantur *, ai *Afflict. in tit. de frat rib. denuo benefic. invest. num. 20. & 23.* cum remissio sit antiphona, ait *Muscatell. loco citat. in tit. de pœnis num. 14. dict.*
5 *tit. 1. de vulnerib.* pœnæ enim sunt ipsarum legum ministri, & sunt exequendæ, *Baldus in l. etiam C. de furtis, Afflictus loco citato n. 165.* nam
6 Reipublicæ interest delicta, & insontes punire, ait *textus in l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquiliam, & in l. ci-*

 tatis

tatio §. quod illicite ff. de public. judic. & cap. ut fama extr. de sent. excomm.
7 occasio delinquentibus non est præbenda, justitia hoc abhorret *cap. exigunt 1. quæst. 3. Paris. in §. quæro*
8 *in verb. compositio*, licet aliis in locis minime sit in usu talis compositio, ut testatur *Peregrin. de jure fisci in lib. 4. num. 4.* sed omnia esse arbitraria, *idem loco eodem num. 26.*
9 quod compositiones sustinent vices pœnarum, & commutationes earum sunt, ait idem *Caravita in supradicto citato*
10 *Ritu 276. num. 7.* per quas personas fiant compositiones, habetur in Constitutione Regni Neap. incipiente, *cessat, tit. qualiter Justitiarii se gerere debeant*, & apud *Paris. in verb. compositio num. supr. cit. in tit. de Syndicat. & in eadem constit.* ibi: *Judex, & Notarius*, *& in d. cap. ad perversorum*.

11 Ad validitatem compositionis quæ requirantur, ut sint juste factæ, vide *Lucam Pennensem in l. 1. C. de desertor. civit. lib. 12. Paris. in tract. de Synd. in verb. compositio, & dict. cap. ad*
12 *perversorum, & cap. exercere volentes in*
13 *tit. de componendo*, & compositionis summa quanta esse debeat, remissive apud eumdem *Caravit. ritu 276. num. 10.*
14 Et an sit facienda antequam lis contestetur, idem *Caravita in ritu 272. num. 19.* & consultatione Dominorum Judicum, & non absolute per Dominum Magistrum Justitiarium Magnæ Curiæ Vicariæ; expresse enim ei prohibetur per dictum *cap. Regn. ut in dicto cap. exercere*, ibi in verbis: *cum consilio Judicis, & actorum Notario.*

Et an id sit facienda ante, vel post sententiam, idem *Caravita*, ubi supra, & *dict. cap. exercere volentes, & Lucas de Penna, & Paris.* citati ab eodem *Caravita ut supra, & Afflict. noster in constit. Regn. Usurariorum in notab. 4.*
15 *n. 4.* ad Regem dumtaxat spectat post sententiam componere, ut in *l. relegati in fine ff. de pœnis*, & ex aliis notatis per *Caravitam in loco supra ci-*
16 *tato num. seq.* rationem ipse affert, nam pœna, quæ ex lege indicitur pro delicto, postquam irrogata fuerit, Judices minime remittere possunt; necesse enim est, ut dictæ pœnæ deserviatur, *textus* est in *l. pœnam de pœnis, l. judex posteaquam ff. de re*
17 *judic.* lata enim sententia, omnis spes commutandi pœnam cessat, ait *Bart. in d. l. judex opposit. 1. & Alexand. ad eumdem in addit.* quos citat *Peregrin. loco supra citato eodem tit. 8. num. 20. Idem Bart. in l. octo num. 1. ff. eodem, de Anna in suo singulari 458.*
18 incipit *Rex*, ubi concludit, quod solus Rex post sententiam indulget, non autem Barones, & ita observari per *textum in l. 1. ff. de postuland.* sic consulitur Judicibus per *glosam in dictis cap. sup. citatis*, & per *Caravitam in citato ritu* apud *glosam* ordinariam *Follerii super Pragm. 4. de composit. num. 102. Scaglion. ad cit. ritum M. C. & Paris.* cujus auctoritas maxima est in Regno, ut ait *Caravita in tract. de syndic. in verb. compositio col. 2. Rovitus in pragmat. 11. de officio Magi-*
19 *stri Justit.* ubi etiam quæ requirantur ad faciendam compositionem, de quibus etiam habetur apud *Solam super constit. Sabaudiæ tit. de accusat. inquisit. & pœnis parte 2.* quæ summatim ponuntur per *Dom. Regentem Tapiam in annot. ad dictum cap. exercere volentes in verb. componere a num. 13. cum seq. in Cod. Jur. Regni Neap. compilation., & per Pragmat. 1. de composit., Bernard. Muscatell. de delictorum cognitione in genere in tit. de vulnere lethali, & de privileg. prædict. num. 21. & 22.*

Ur-

Ursill. ad. Afflict. decis. 287. & apud eundem *Rovitum in dicta pragmat.* 1. in quibus vero casibus requiratur ordo Domini Excellentissimi Proregis, & in quibus non, idem *Rovitus* loco citato, *Afflict. decis.* 2. & per *Foller.* super *dict. constitut. Regn. Post mun-*
20 *di machinam* 21. *n.* 58. casus vero, in quibus inconsulto Domino Prorege, minime possunt fieri compositiones, habentur novissime apud *Dom. Novarium super collect. Pragm. Regn. in collect.* 62. *ad eandem Pragm.* 1., & apud *Regentem Rovitum in dicta pragm.* 1.
21 *num.* 2. & in quibus non requiratur iste ordo, videas *Afflictum in decis. supradicta* 287. & quid in receptatoribus malefactorum, an in tali delicto componendo, juxta *pragm.* Regis Ferdinandi, sub *tit. de recept. latron.* requiratur licentia Proregis, ut dictum est supra in *pragm.* 5. *tit. eod.*, & in quibus delictis cadit compositio, & in
22 quibus non, apud eundem *Regentem in supracitata rubr. de composit. num.* 4. 5. 7. & 8. remissive, & in *rubr. de crimine blasphemiæ num.* 3. hoc idem fuisse servatum in Curia Magni Admirati, refert ipse in eadem *Pragm.* 2. ordine ac decreto Sacræ Regiæ Majestatis exequuto per Excellentiss. Dominum Proregem D. Petrum a Toledo, *Caravita* in eodem *ritu* 272. *quæst.*
23 2. *num.* 4. & ut legitime fiant, præcipuum requisitum est, ut interveniat offensæ remissio, *Afflict. in Constitut. si quis aliquem*, quem citat idem *Muscatell. in loco supr. cit. num.* 27. ubi numerat Doctores Regnicolas testantes de communi, ut requiratur remissio Partis,
24 sed quid si sumus in viro bonæ famæ, ac conditionis, & in delicto, in quo membri mutilatio non est sequuta, an requiratur hæc Partis remissio juxta terminos *dict. cap. ad perversorum*, vide eundem *Muscatell. in num. sequent.* *loco eodem citato*, & *Petrum Foller. in suis pragm. p.* 1. *vulnerabit.*, *aliisque pœn.* quod ordinatur per *Pragm.* 4. *tit. eod.* & *per Rit. M. Cur.* 272. 273. 274.
25 & 275. & a quibus sit facienda hæc remissio, & de quibus personis intelligendam, videas *pragm.* 8. *tit. eod.*, ubi narrantur personæ, ibique *Regen-*
26 *tem Rovitum num.* 58. *ejusque natum Ferdinandum Rovitum Judicem in criminalibus*, ac deinde ad officium Secretarii Regni hujus, qui morte præventus in immatura ætate, parum antea fuit per Catholicam Regiam Majestatem decoratus titulo Ducis Castri Saraceni, in suis *allegationib. ibidem impressis*, in facti contingentia in Terra Atripaldæ, *Caravita in dicto ritu* 172. super articulo, quibus competat jus vindictæ, & in *dict. ritu* 276. *quæst.* 4. quem copiosissime, ac docte, optimeque ipse commentavit, & præcipue de hac materia compositionum; *Dom. de Franchis omnino in decis.* 611. & *in alia* 362. *Clarum in quæst.* 58. *supra cit. per Dom. Regent. de Ponte in tract. de potestate Proregis in tit. de provisionib. fieri solitis num.* 23. & 27. & *Lucium Follerium* & *Tartagliam in pragmat.* 4. & 8. *tit. eodem*, *Afflict.* & *Ursillum ad eumdem in præcit. decis. n.* 187. & *novissime apud Præsid. Anellum de Amato in cons. decisivo* 18. quid si nulla adest querela partis offensæ seu illorum, quorum interest querelare, loquendo tam de jure communi, quam municipali, an hæc remissio ut supra requiratur, vide *Dom. Regentem de Ponte ubi supra*, *Dom. Regentem Sanfelicium decis.* 53. *num.* 8. ubi testatur de observantia fieri solita in tali casu, & de modo componendi, videas *Addent. ad Caravitam novissime per Constant. Papam in dicto ritu* 273. & *Regentem Rovitum in dicta pragm.* 7. *tit. de com-*

27 *composit.* & an judex possit facere compositionem invita Parte, & absque ipsius remissione, videas dictam *decis. Afflict.* 287. *& decis. Thesaur.* 12.
28 & an sit necessarium, ut liqueat de delicto & delinquente, *Mascard. de probation. in conclus.* 1135. *n.* 5. *&* 6. *Afflict. in constitut. Licentiam lib.* 3. *de dotariis constit. tit.* 13. *quæst.* 4.
29 & an possit præjudicium Reipublicæ fieri hac remissione per privatum, quando tota Respublica dicitur offensa per delictum, videas eumdem *Mascardum ubi supra*, *& Afflictum in tit. de fratribus denuo beneficio investit. in cap.* 1. *in verb. pœnarum num.*
30 37. & facta remissione omnium delictorum propter indultum generale a Rege, in dicto indultu si includatur crimen falsi, *Afflict.* ait, quod non, in *decis.* 404. *num.* 22. *per l. Lucius ff. ad Turpillianum, ubi Addent., & ibidem Grammat. in ejus addition. lit. B.*
31 Fiscus vero si non obstante tali remissione possit ex officio procedere contra delinquentem, vide *Bernard. Muscatel. in tract. de cognitione delictorum in genere in tit. de injuriis ac famosis libellis num.* 31. *cum sequenib.* &
32 an dicatur delictum esse confessatum propter compositionem ac solutionem factam Curiæ, videas *Follerium in praxi criminali in prima parte tertiæ partis principalis in verb. & consi-*
33 *tebuntur num.* 145. & hæc compositio si sit facienda cum eo, qui pluries deliquit, videas *Grammat.* in
34 *vot.* 33. & si Princeps possit absque Partis remissione gratiam facere delinquenti, vel si possit limitare ac minorare id, quod Pars offensa pro remissione petierit, videas pulchras *decis. Ludovici a Peguera* 39. *& decis. Gabadei* 75. *Thesaur. ubi supra decis.* 21. *Thesaur. filium in quæst.* 9. *forens.* ubi diffuse circa materiam hanc tractat, quos colligit *Illustriss. ac Reverendiss. Dom. Episcop. Riccius in sua collectan.*
35 & hoc servatum fuit in discessu Excellentissimi Domini Comitis Montis Regii Proregis hujus Regni in anno 1637. qui fecit multas gratias etiam absque Partis remissione, minorando, & commutando pœnas delinquentium, & novissime apud *Dom. Regentem Sanfelicium in* 53. *decis. part.* 1. *per totam*, ubi disputat; si hoc Princeps possit facere vel ne absque partis remissione, considerato interesse ejusdem, ubi affirmative concludit, ac refert decisum *num.* 36. verum causa cognita.

SUMMARIUM.

1 *Judex an possit pœnam minorare, similiter remittere, & componere.* num. 2. *& an ex causa possit hoc facere.* num. 3.
4 *Judex an possit post latam sententiam pœnas minorare.*
5 *Barones an possint componere, & pœnas minorare.*
6 *Judices quando possint absque licentia Proregis pœnas minorare sine Partis remissione.*
7 *Compositio an fiat absque Partis remissione.*
8 *Princeps tam ante sententiam, quam post eam, potest pœnas commutare, & componere.*
9 *Proprium est Principis pœnas irrogare.*
10 *Princeps arbitrium a cœlesti motu accipit.*
11 *Princeps est lex animata in terra.*
12 *Princeps quando legem tollere potest etiam absque causæ cognitione.*
13 *Princeps quando potest minorare pœnam.*
14 *Princeps habet potestatem revocandi sententiam, etiam transactam in rem judicatam.*

15 *Prin-*

15 *Princeps potest remittere pœnam Parti applicandam solo motu, etiam sine Partis remissione, & quando.* num. 16. *& ob bonum publicum.* num. 17. *casus referuntur occursi.* num. 18. & 19.
20 *Pœna minoratur propter senectutem.*

AD id, quod *Afflict.* sequitur, dicens: *Quod pœnam juris Officialis non potest mutare sine Principis per-*
1 *missu*, adde quod pœna imposita per legem, vel statutum potest per Judicem minorari, *Baldus in l.* 1. *C. si adversus delictum*, *Alexandr. in l. quin ergo §. pœna gravior ff. de infantibus exposit. in l. hos accusare §. omnibus ff. de accusation. Joann. Imolensis in l. 2. ff. de public. judic. Angel. in l. fin. C. de prox. sacr. scrin.*
2 *lib.* 12. & an judices inferiores Principis possint pœnas, multasque remittere, diminuere vel super eis componere, videas *Peregrin. de jure fisci in artic. supra cit.* 8. *in lib.* 4. *de pœnis & multis numer.* 19. *cum sequentibus*, qui valde sollemniter distinguit multas a pœnis, *Prosper Caravita super rit. citat.* 276. 277. *& Afflict. super constitut. Regni Usurariorum in* 4. *notab. & Thesaur. in decis.* 233. *Dom. de Franchis decis.*
3 447. *n.* 6. an vero ex causa possit hoc facere, videas eumdem *Peregrin. num.* 34. *de jure fisci, apud Dec. in cap. consuluit extr. de appellat. Alciat. cons.* 452. *num.* 17. *l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de sicar. Bart. in l. si diutino ff. de pœnis, Jacobin. in l.* 1. *C. de publica lætitia lib.* 12. *text. in §. sed quod Principi in fine, ubi glos.; & DD. & in specie Aretin. ibidem Institut. de jure gentium natural. vel civil. aliosque apud Cassaneum in catalog. de gloria mundi, & Grammat. decis.* 33. *num.* 13. *& in alia decis.* 42. *num.* 1. qui movetur per *textum in cap. inter sollicitudines extr. de purgatione canonica*, *Troysium super ritu Magn. Cur.* 267. ubi affert etiam plures causas moventes judices ad diminutionem pœnarum, aliasque reperies apud *Peregrin. de jure fisci supr. cit. & numer.* 25.
4 & si post latam sententiam judices possint minuere pœnas, videas eumdem *Caravitam*, *& Peregrin. ubi supra in locis citatis*, concludentes negative,
5 quod secus in Baronibus habentibus merum ac mixtum imperium, nam plenam potestatem componendi, remittendique, minorandi pœnam habent, ut apud eumdem *Caravitam in supracit. ritu* 272. *& Follerium in supra citata Pragmat.* 8. *numer.* 97. *usq. ad* 100. quod intellige, Parte concordata, qua potestate abuti per eos, inquiunt supra citati DD. & maxime,
* quando sunt delicta atrocia *, ut idem *Foller.* ait *numer.* 69. *&* 97. *loco supr. cit.* quid autem concurrentibus justis
6 inde causis, si judices possint commutare absque Proregis licentia, ac Partis remissione, vide *Regentem de Ponte in loco supra cit. num.* 6. 7. *&* 8. §. 4. *& Muscatell. in tract. de delictor. cognit. in genere in praxi crimin. tit. de pœnis delictorum vulnerum lethalium num.* 23. *cum sequentib. fol.*
7 25. causæ vero cur absque Partis remissione non possit fieri compositio, habentur in *cap. ad perversorum*, *& Afflict. in constitut. Regn. si quis aliquem*, & optime apud *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 1. *quæst.* 88. & optime apud *Marant. in disputat.* 3.
8 *per totam*, in Principe vero secus, nam semper potest minuere, vel commutare pœnam, etiamque componere, ita *Clarus in qu.* 83. *lib.* 4. §. *fin. Peregrin. de jure fisci ubi supra num.* 17. *vers.*
9 *pœnas irrogare*, proprium enim est ipsius Principis hoc facere, cum in eo

eo omnes pœnæ sunt arbitrariæ, inquit Cacheran. in decis. Pedemont. 80. n. 18. ex auctoritate Bald. Salicet. & Aretin. in l. final. Cod. ubi Senatores
10 vel Clarissimi, quod arbitrium sumit ipse a cœlesti motu, ait Afflict. noster in constitut. Officiales in tit. de offic. Reipublic. rubr. 35. num.4. cum
11 sit Princeps lex animata, auth. de consulib. ubi glosa §. pen. Surd. decis.2. n.5. & Rex potest tollere legem, ait Cephal. in cons.342.

12 Et quando absque causæ cognitione hoc possit facere Princeps vel ne, videas Afflict. ubi supra proxime citatum, August. ad Angel. de maleficiis n. 46. Farinac. de delict. & pœnis qu. 13. part. 1. n. 39. allatos a Regente
13 de Ponte de potest. Proreg. ubi supra num.14. cum sequentibus, ubi refert nonnullos casus, in quibus Princeps minuit, & ampliat pœnam usque ad mortem naturalem, habita consideratione ad qualitatem personæ, temporis, ac loci, alios affert Præses de Franchis in decis. 304., & Francisc. Marc. in decis. 590. citatos ab eodem
14 Dom. de Ponte ubi supra, Princeps habet potestatem revocandi sententiam etiam transactam in rem judicatam, ut ait JC. in l. Divi fratres ff. de pœnis, Bald. DD. & glos. in l. fin. C. sentent. rescind. non poss. l. imperium
15 C. de jurisdict. omnium judicum, immo pœnam, quæ est Parti applicanda,
16 etiam potest remittere solo ejus motu, qui est justa causa, ita Cynus, & Baldus in l. rescripta C. de precibus Imper. offer. Abb. in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. & in cap. nisi specialis de offic. delegat. glosa in ritu M. C. V. in medio column.1. & sic propter res bene gestas possit commutare pœnas, etiam propter causas ejus justissimam mentem moventes absque Partis remissione, videas de Ponte ubi supra in tit. de salvo conducto tit.11. n.3. & in tit. de commutatione pœnarum corporalium, & idem de Ponte in tit. quæ sint regalia in verb. bona com-
17 mittentium post n.75. ubi inquit hoc posse facere absque peccati scrupulo propter bonum publicum; bonum enim publicum præfertur privato, & in publico adest privatum, ut idem de Ponte
18 in tit. de provisionib. n.25.& non obstat hoc esse in præjudicium tertii; nam ut supra in §.1. adnotavimus, plura circa hoc, quod Princeps potest propter publicum bonum etiam jus tertii auferre.

19 Quod observatum fuit in causa illorum de Casali Arsani hujus Civitatis, qui plura perpetrarunt homicidia, aliaque delicta, & ex causa indultus criminis falsæ pecuniæ detecti in personam N. una cum complicibus dicti delicti, quos tradiderunt in fortiis Curiæ, qui in foro magno fuere suspensi ipse vero N. principalis fugam arripuit, cumque Parte non petente, propter quod Magna Curia Vicariæ dixit, at decrevit, ut dicti de Arsano inquisiti, ut supra, gaudeant dicto indultu, & hoc fuit in anno 1620. Actuarius fuit de Rosa in criminalibus, & Commissarius magnificus, ac circumspectus Marcus Antonius Ruffinus Judex in criminalibus, non obstante remissione Partis.

20 Sic etiam propter senectutem minuitur pœna, ac commutatur in mitiori per Principem, vel delegatum ipsius, ut inquit textus valde notabilis ac aureus in l. relegati ff. de pœnis, ibique Bart. allatus a Dec. in l. fere in omnibus ff. de regul. juris, & textus in l.2. ff. de term. mot. ubi similiter habetur, etiam quod tempus relegationis minuitur senibus; & pœnitentia cur non injungenda senibus, habetur ratio ad senectutem, ut in c. tem-

tempora plenitudinis 26. quæst. 1. &
19 *in cap. magnæ extr. de voto*, ubi in voto peregrinationis deferuntur senectuti plura privilegia, quæ etiam refert *Ludovic. Roman.* notabiliter in *repetition. l. si vero §. & de viro ff. soluto matrim. in fallent. 53. & per Dec. ubi supra in d. regul. l. fere, per Clarum*
20 *in praxi crimin. qu. 60.* sic etiam minuitur pœna, quando delictum est perpetratum per minorem, *Dom. de Franchis dec.* 230. de quibus supra dictis videas omnino *Grammat. dec. 23. num. 11. Thesaur. dec. Pedemont. Boer. decis. 63. Clar. in quæst. 60. in praxi crimin.* qui etiam loquuntur in sene, in furioso, in minore, aliisque personis, in quibus pœna est minuenda.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus tenetur vendere rem retractam, & pretium recipere de ea.*

2 *Princeps acquisitum per contractum potest alteri auferre.*

3 *In dubio an præsumatur adversus concessionem factam a Principe.*

4 *Causa debet declarari qualis sit, quod Principis mens movetur, ut auferat jus tertio.*

AD 9. notabile, ibi: *Inter &c. fiscus autem vendat rem illam illis, qui habent jus protomiseos &c.* adde, quod
1 ideo disponitur in *textu*, ut fiscus vendat rem illis, quibus spectat protomisim, idest vicinis, cum sit jam eis quæsitum jus, & juri quæsito derogari nemo potest, immo nec Princeps, ut supra dictum est in *rubr.* & consequenter neque fiscus, cum idem sint Princeps, & fiscus, ait *Baldus in l. 1. §. cum autem C. de caduc. tollend. Cacheran. in decis. Pedemontan. 38. num. 16.* nisi causa cognita, vel de plenitudine potestatis, *Dec. in cons. 506. Menoch. in quæstion. 69. de arbitr. judicum, Felinus in cap. cum olim column. 2. de sentent. & re judic.* etiam si agatur de modico præjudicio, *Dec. in cap. quæ Ecclesiarum column. 9. num. 197. Peregrin. in lib. 5. tit. 2. n. 59. & tit. 1. n. 27. de jure fisci*, immo in generali concessione nunquam intelligitur derogatum juri tertii, inquit *Dom. Camill. de la Ratha in suis consiliis decisivis noviter impressis in cons. 5. num. 20.*
2 & ad tollendum jus quæsitum tertio requiritur magna ac gravissima causa, inquit *Affl. noster in constit. Instrumentorum robur n. 19. de fide instrument.* igitur dum vicinus illam rem vult retrahere propter jus congrui, Fiscus ei omnino tenetur vendere, & pretium recipere, sicut per *Imperatorem* hic ordinatur, neque dici potest, quod dictam rem fiscus lucratur propter pœnam contrahentium, ex causa perjurii, & pœnam esse de regalibus, ut ait *Clarus in qu. 65. vers. nunc videamus, & Rendella in §. ideoque illi applicabitur in vers. fiscus dicitur n. 13. in fine, in eodem tract. de jure protomis. & DD. in l. agraria ff. de termino moto, & in l. 3. ff. de sepulc. violat.* nam si rem amittit
3 fiscus, lucratur pretium ei solvendum per vicinum, sic etiam Princeps, nec quæsitum per contractum potest alteri auferre, ita *Cephal. in cons. 302. n. 116. quem citat Surd. in decis. 274. num. 7.* quid vero in dubio præsumatur adversus confessionem factam a Principe, vel si Princeps recedere vellet ab ea, & juri tertio quæsito derogare, videas *Fontanell. de pact. nuptialib. in clausul. 4. glos. 10. part. 2. n. 35.* ad materiam vero, quando juri tertii quis, vel si privatus sit, vel Princeps derogare possit, vide *Fulgos. Romanum, Corneum, Jason. & communiter Scribentes in l. si testamentum C. de testamentis, & si-*

& finaliter Regentem Rovitum super Pragmaticam Regni Neapolis in Pragm. 1. *num.* 1. *ubi de delictis quis conve-*
4 *niri debet*, qui declarat legitima causa qualis sit, per quam Principi licitum sit jus tertii auferre, & etiam refert id, quod fuit servatum in Regiis Tribunalibus M. C. V. in criminalibus in facti contingentia penes Actuarium Ambrosium Rummum Patruum meum, olim ejusdem Magnæ Curiæ Actuarium in criminalibus.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus nec loco heredis, ac pro herede habetur, & quare.*
2 *Et an teneatur ad onera.*

AD *num.* 25. *in eodem notab.* ibi: *Fiscus succedens in bonis ex aliquo delicto, habetur pro herede*, adde *Dom. Affl. in Constitut. Regn. Ob filiorum culpam tit. ut pater forjudicati ex delicto filii rubr.* 9. *num.* 1. *Fontanellam de pactis clauf.* 4. *glof.* 4. *n.* 66. *&*
1 67. qui tenet, quod fiscus minime loco heredis, ac pro herede habeatur, rationem esse inquit ad diluendas maximas quæstiones, quas ponit *Barbosa in repetitione l. si constante ff. soluto matrimon.* videas *Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib.* 1. *tit. de jure fisci resolut.* 2. *per totam*, quem citat idem *Fontanella qui supra*, videas etiam *Afflictum in decis.* 285. *ubi Ursill., Rendella in* §. *causa vero dotis in vers. fiscus autem vendat n.* 6. *in eodem tract. de jure protomis. & glosa Antonii de Caputis*, quæ de verbo ad verbum concordat cum dictis per *Dom. Afflict. hic*, quæ eadem videntur esse, qua de re idem *Rendella* ait: *Afflictum* excitasse *dictam glosam Antonii de Caputis*, quod non est credendum, cum id, quod scripsit *Caputus*, *Afflict.* non ignorabat; adde ad supradicta *Peregrin. de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *de publicat. bonor.*
2 *num.* 53. *&* 60. ubi per plura argumenta nititur probare fiscum loco heredis non esse, tamen licet loco heredis non sit, tenetur tamen ad onera, ad quæ tenetur heres, ut apud eumdem *Peregrin. per num. sequent. ibidem*, & quæ transeunt, vel non ad fiscum, & de iis, quæ sunt auferenda delinquenti, vel ejus heredibus, ibidem habentur.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus non tenetur nisi ad simplum, qualiter intelligatur.* num. 2.
3 *Fiscus, an sit in expensis condemnandus, vel puniendus, quando succumbit.*
4 *Fiscus victor non exigit, nec succumbens solvit expensas.*
5 *Laudes Philippi Paschalis Regii Consiliarii, & ejus mors.*

1 AD *vers. sed quæro, & ibi Fiscus non tenetur, nisi ad simplum, ut Afflictus* hic ait *esse verbum peregrinum*, cui adde *Peregrin. de jure fisci in lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 36. hoc etiam afferens, ubi citat *textum in d. l. si procurator, & glosam in l. si dictum ff. de evictíon. & Paris. in cons.* 101. *num.* 14. *Caball. in tract. de evictíon.* §. 1. *n.* 88. *Rebuff. de dilation. art.*2.
2 *glof.* 1. *num.* 32. quod intellige, quando Fiscus vendit rem sicuti suam; secus si sui debitoris, de quo vide eun-
3 dem *Peregrin. num.* 37. & an Fiscus, sive ejus procurator sit in expensis condemnandus, vel ne, ac puniendus, quando succumbit in causa; videas remissive apud *Grat. cap.* 33. *num.* 40. 41. 42. *&* 43. qui in fine inquit:
4 *Quod Fiscus victor non exigit, nec succum-*

cumbens *solvit expensas litium*, allegat *Baldum*, *& Peregr. de fisci privilegiis*; circa autem privilegium *l. bene a Zenone*, *& l. omnino*, *ut hic per Afflict.* adde *decis. Dom. de Franchis dec.* 377. *& eumdem Afflict. nostrum super constit. Regn. Exceptione in quæst.* 5. *n.* 6. *tit. de exceptionib. dilatoriis*, *& in decis.* 361. *& Ursil. ad eundem in n.* 41. ubi affert limitationes ad *dictam l. bene a Zenone*, *& fin.* sicut etiam alias refert *Decius in cons.* 357. *& Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 34. *&* 35. *de constitutionib.* ac etiam *Grammat. in decis.* 65. *num.* 35. *Petrus Duen. in regula* 283. & signanter *Carol. de Grassis in tract. de exceptionib. in except.* 1. *num.* 25. *Surd. decis.* 1. *Boerius decis.* 8. *num.* 4. & finaliter ne omittas videre *Philippum Paschalem de viribus patriæ potestatis part.* 1. *cap.* 3. *n.* 51.
5 qui fuit Judex maritimus tam in civilibus, quam in criminalibus in Magna Curia Vicariæ, deinde parum post quam fuit creatus Regius Consiliarius Sacri Regii Consilii Sanctæ Claræ, morte præventus, bene ergo inquit *Propheta*: *Quod homo nunquam in eodem statu permanet*, *& fugit velut umbra*, *& quasi flos egreditur*, *& conteritur*; *Spiritus ejus attenuabitur*, *dies enim breviabuntur*, *eique aliud non superest*, *nisi sepulcrum*, *Job cap.* 14. & videas *Afflict. in tit. de vasall. decrepitæ ætatis quæst.* 2. *ubi Isernia ibidem*.

SUMMARIUM.

1 *Justum pretium ex Judicis officio declarandum*.
2 *Justum pretium qualiter dicatur*.
3 *Judex debet accedere super faciem loci, & quare*.
4 *Judex potest cogere Partes*, *ut eligant æstimatores*.
5 *Justum pretium quodnam dicatur*.
6 *Pretium quot modis dicatur?*
7 *Pretium plurifariam accipitur*.
8 *Pretium justum est a singulis Partibus rei desumendum*.
9 *Æstimatio an possit crescere*, *vel decrescere*, *ea facta pro pretio justo*, *& qualiter intelligatur*. num. 10.
11 *Pretium conventum præsumitur justum*.
12 *Pretium justum præsumitur re vendita*.

AD 10. Notabile, & in textu ibi: *De justo pretio*, adde justum pretium
1 circa hanc materiam esse ex Judicis arbitrio declarandum, secundum *Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 2. *casu* 143. *& Tiraquell. de retract. consanguinitatis in* §. 2. *glos.* 1. *num.* 25. videas omnino *decis. Dom. de Fran-*
2 *chis* 54. *num.* 8. *& num.* 9. ubi justum pretium circa retractum juris congrui esse considerandum per Tabularios S. R. C., qui considerant justum pretium secundum rei qualitatem, ac secundum quantitatem introituum, juxta *textum in l. si fundum per fideicommissum*, *ubi Bart. & Napodan. in glos. consuet.* 1. *eod. tit. in verb. prout fuerit*, nec valere inquit æstimationem, quæ per subhastationem fit; nam ex ea minime probatur justum pretium, ac rei valorem; animosæ enim sunt licitationes, inquit *Præs. de Franchis in eadem decis.* videas etiam circa hoc *Bardum de jure protomis. super Bulla Sixtina in* §. *nos igitur* 2. *in ordine notabil.* 3. *num.* 8. *vers. ex quo notatur quod judex*, ubi inquit,
3 quod judex debet accedere super faciem loci ad videndum differentiam, & considerandum qualitatem ipsius, judicando secundum ejus conscientiam, citatis,
* ac auditis Partibus sicut hodie fit *, quod etiam docet *Rota Romana in de-*
4 *cis.* 342. *in novissimis*, immo Judex potest cogere Partes jam citatas ad

 eli-

eligendum æſtimatores , ſi ipſe non vult æſtimare , vel ut eligat ipſemet, ſecundum tradita per *Bart. in l. ſed ſi ego juxta finem ff. de legat.* 1. &
5 juſtum pretium dicitur illud, quod ab omnibus communiter æſtimatur , non vero quod ab uno, vel duobus volentibus emere, ut inquiunt *Alexand. Raphael. Cuman. & Angel. in l. qui Romæ cap. coheredes ff. de verbor. obligat. in verſ. rei valor , Baldus in l. 2. C. de*
6 *reſcindenda vendit.* pretium vero quot modis accipi poſſit; dic pluribus modis ; & in tempore penuriæ in rebus comeſtibilibus quomodo eſt ſumendum dictum pretium propter publicum bonum , vide diſtinctionem *Menochii in conſ.* 137. *num.* 81. *&* 82. *lib.* 2. *& apud Gratian. in diſceptat. forenſ. diſceptat.* 811. *num.* 17.

7 Pretium enim pluribus modis accipi poteſt , videlicet pretium juſtum , injuſtum , ac rationabile , & juſtum ac rationabile ſimul , ſecundum *Bardum in Bulla Sixtina in tractat. de jure protomiſeos in* §. 7. *notabil.* 3. *n.* 9. ubi declarantur , & conſiderantur ; nam hic ponere non licet , quia eſſet tranſcribere, & paginam implere; & quod
8 pretium juſtum eſt a ſingulis partibus rei deſumendum , ita per *Surdum in*
9 *deciſ.* 155. *num.* 5. & facta æſtimatione pro pretio juſto cognoſcendo, an talis æſtimatio poſſit deinde creſcere , ac decreſcere , vide *Bartholomæum Cepollam Veronenſem in tract. de ædilitio edicto ſuper l. juſtiſſime* §. *in redhibitoria num.* 4. qui tenet , quod non;
10 quia poteſt decreſcere , quod intellige , inquit ipſe , quando venditor non peccaſſet in tradendo rem, at ſecundus ſi in tradendo, & male tradendo, nam tunc bene poteſt creſcere uſque ad quanti-
11 tatem intereſſe , & quod pretium conventum præſumitur juſtum , per *textum in l. minoribus C. de reſtitut. in integrum , l. nam & poſtea* §. *ſi minorib. de jurejurando , Gratian. in diſceptat. forenſ. cap.* 723. *num.* 16. &
12 juſto pretio præſumitur res vendita, per eundem *Gratian. cap.* 703. *n.* 12. & quid ſit pretium juſtum , videas eundem in *cap.* 706. *num.* 62. *&* 65.

SUMMARIUM.

1 *Sententia an requiratur ad annullandum contractum irritum ob ſimulationem, ac fraudem.*

2 *Contractus in fraudem vicinorum celebratus, eſt ipſo jure nullus.*

3 *Contractus nullus quando dicatur.*

AD *verſ. ſed quæro num.* 28. Adde *Rendellam in verſic. venditio fiet irrita a num.* 1. *cum plurib. ſequentib. in tract. de jure protomiſ. in* §. *cauſa vero dotis* , qui in *num.* 30. tenet ,
1 quod requiritur ſententia ad annullandum talem contractum irritum , propter ſimulationem , ac fraudem , ſed in hoc dicerem , quod quoties lex annullat contractum , ipſo jure contractus eſt nullus abſque alia ſententia , *l. a Divo Pio ff. de ritu nupt. l. non dubium C. de legib. Baldus in l.* 1. *col.* 1. *C. plus valere quod agitur , & in* §. *ad hæc de pace juramento firmata column.* 2. *verſic. item omne in uſib. feudor.* lex enim noſtra, ideſt *Conſtitutio*
2 *Sancimus*, expreſſe vult , contractum in fraudem vicinorum celebratum , uti contra *Conſtitutionem* ac ejus requiſita , eſſe pro jure nullum , prout ibi , in textu : *contra Conſtitutionem noſtram*.

3 Et ad id , quod contractus ſit ipſo jure nullus ex defectu diſpoſitorum in ſtatuto , & in conſuetudine , quando conſenſus propinquorum deficit , ſicut diſponitur in hac *Extravag. Sancimus* , ut denuncietur prius venditio parentibus , & agnatis , & cognatis , juxta ordi-

ordinem, & gradatim, & deinde sociis, ut in *textu* ibi: *Nisi prius denuncietur illis*, & ibi, adde ad hoc *Baldum in Crubr. de rescind. vendit. in medio, in versic. quandoque requirantur*, & *eumdem Baldum in l. comparationes col. 2. C. de fide instrument.* & *in l.1. C. ut in possess. legatorum*, & *in l. si judex C. in quibus causis in integr. restitutio non est necessaria*, *eundem Baldum in l. item veniunt §. Prætor ff. de hered. petition. Thesaur. in quæst. forens. 60.* & *Thesaur. Patrem in decisione Pedomontana 66.* allatum ab eodem *ejus filio in cit. quæst. for. 60.*

SUMMARIUM.

1 *Jurare de jure divino prohibetur.*
2 Amen *dictio explicatur.*
3 *Jurare an sit omnino prohibitum.*
4 *Reus dimissus sub juramento redeundi ad carceres, non redeundo, an sit perjurus.*

AD XI. Notabile in quo consilium dat *Afflict.* contrahentibus in fraudem juris congrui, ut omnino in quantum possunt, fugiant juramentum super simulato contractu, cui adde, quod
1 juramentum, licet videatur prohibitum, ut in *Evangel. Divi Matth. 5.* & *ex Divo Jacobo Apostolo cap. 5.* dicente: *Nolite jurare omnino per Cœlum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ipsius, neque per Hierosolymam, quia civitas est Regis magni, neque per caput tuum, quia non potes unum capillum facere album, aut nigrum*; & *in dict. cap.* & *si Christus, de jurejurando*, ibi: *Sit sermo vester: est est, non non.* Quamvis juramentum per se non sit malum, dummodo cadat super veritatem conscientiæ, ut ait *glosa in dicto cap.* & *si Christus*; ut quod *Selva. in tract. de juram. part. 1. n. 1. ex glosa in rubric. ff. de jurejurando*, & *glosa 22. quæst. 1. in principio*, in plurimis locis Evan-
2 gelii, ibi: *Amen dico vobis*, idest in veritate, & sine defectu, ut exponit *glosa in dicto cap.* & *si Christus*, *in verb. Amen*; & apud *Apostolum* dicentem: *Testis sit mihi Deus*, *argum. 21. distinct. cap. denique*, & *37. distinct. cap. ideo*, & alia, ut per *glosam in dict. cap.* & *si Christus in*
3 *verb. sequuntur lit. D*; ideo non omnino est prohibitum jurare, nam ut ostendit doctissimus *Pater Suarez part. 1. tom. 2. in tract. de jurament.* & *adjurat. lib. 1. cap. 2. Juramentum* (ait) *in leg. gratiæ non esse simpliciter prohibitum, & in casu necessario non esse malum*, ubi etiam facit, quæ sunt requisita juramenti, ut *cap. 3.* & an juramentum sit actus elicitus virtutis, ut in *cap. 4.* ubi etiam alia circa materiam juramenti per quatuordecim capita, ut apud eum, licet per *Ecclesiast. 23.* dicatur: *Per multum jurans replebitur iniquitate, & domo ejus plaga non discedet*; & alibi: *Ne assuescat os tuum jurationi*, *ut in cit. cap.* & *si Christus*; & *Summus Pontifex Innocentius Tertius* monet Monachis Capituli Castellionis, ut sint viri perfecti, & in quantum possunt, abstineant se a juramento, ut in *dict. cap.* & *si Christus*; quæritur autem hic de pulchra quæstione, quam facit *Rev. Pater Suarez in libro de virtute ac statu Religionis in tractatu de Templorum ac locorum sacrorum Religiosa observatione lib. 3. cap. 2. fol. 319. num. 20.* sci-
4 licet quando reus captus sub juramento liber dimittatur eundi ad carcerem; vel jam carceratus sub juramento redeundi permittatur exire, si contra juramentum ad Ecclesiam confugiat, si obstet ei perjurium, ac infidelitas, ad gaudendum immunitatem, ubi ne-

gati-

gative respondit ex communi Doctorum opinione, sed relaxationem juramenti procurandam, & immunitate gaudere.

SUMMARIUM.

1 *Confessio alterius contrahentium probat.*

2 *Juramentum suppletorium non datur, ubi est plene probatum, sed ubi actor habebit semiplenam probationem.*

3 *Juramentum suppletorium an dari possit, Parte non petente.*

4 *Juramentnm suppletorium usque ad conclusionem peti potest, non postea.*

5 *Probationes debent esse liquidæ in pœnis, ut committantur.*

6 *Ubi plena, & liquida probatio requiritur, non defertur juramentum.*

AD *versic.* ibi: *Si dato juramento emtori, & venditor fatetur,*
1 adde quando confessio unius ex contrahentibus probet, *Mascard. in conclus. 386. num.* 10. & quando confessio unius ex contrahentibus alteri prosit, vel noceat, *Bart. in l.*1. §. *ex duobus ff. de duobus reis in quæst. 9. num.*32. ubi distinguit.

Ad *versic. sed si aliud in favorem emtoris non sit, habebit locum juramentum suppletorium, ut in num.* 20. ad-
2 de quod juramentum suppletorium non defertur, ubi est plene probatum, sed ubicumque actor habebit semiplenam probationem, atque præsumptionem, & conjecturam, *Alex. in consil.* 53. *in causa vertente inter Michaelem circa finem vol.* 1. *Hippolyt. de Marsil.*
3 *in singular.* 8. *in fine*, & si tale juramentum ex officio judicis possit deferri Parte non petente, *Salicet. in l. bonæ fidei column. antepenultima ff. de rebus creditis*, & usque ad quod tempus potest deferri tale juramentum suppletorium, *Bartol. in d. l. ad-*
4 *monendi*, ait: *usque ad conclusionem*, si petatur ante; quia post non petitur, *Bald. in* §. *item si vasallus tit. de controvers. investituræ*, *Castrens. in consil.* 94. ita etiam *Baldus* inquit *usque ad conclusionem causæ, ut in d. l. in bonæ fidei.*

Ad id quod *in pœnis inferendis juramentum non defertur semiplene proban-*
5 *ti*, adde, quod probationes debent esse liquidæ, ad hoc, ut pœnæ committantur, ut inquit idem *Baldus in alio loco*, *scilicet in cap.* 1. *qualiter Domini proprietate feudi priventur*, & *in l. cum proponas C. de heredib. insti-*
6 *tuend.* & quia certa, & clara probatio requiritur, ideo numquam in defectum probationis juramentum admittitur, ut inquit *Bart. in d. l.*1. *versic. ex hoc C. de his quæ pœn. nom.* quem citat *Dec. in reg.* 97. *factum &c.* §. *in pœnalibus, num.* 3. & alias dixit in *rubric. de probation. & in suo cons.* 290. *Alexand. ab eodem citatus in ejus addition. lit. B in consil.* 33. *lib.* 2. & *Mascard. de probationib. in verb. probatio.* Et hæc satis dicta sint pro Additionibus hujus §. 4. sequitur §. 5. & datur finis in die 4. mens. Decembris, in qua festum Divæ Virginis, & Martyris Barbaræ celebratur:

NO-

NOVÆ ADDITIONES

AD §. IV.

1 IN Additione ad §. notabile *num.* 2. *pag.* 74. *col.* 1. agit Rummi de juramento &c. adde quod juramentum calumniæ deceffit ab Aula, nec amplius pradicatur in Tribunalibus.

2 In caufis homicidii, furti, aliorumque criminum, quæ turbant Statum, in quo etiam Ecclefiaftici vivunt, coguntur Ecclefiaftici deponere eorum teftimonium judicialiter coram judice laico, præftito prius juramento in Curia ecclefiaftica, ne impunita remaneant crimina propter male interpetratam lenitatem Ecclefiafticorum, ita difpofitum *diplom.* 22. *Aprilis* 1759. & 18. *Junii* 1774. Vide *Gatt. in fua collect. diplom. part.* 1. *tom.* 4. *tit.* 67. *num.* 4.

3 Scribæ alleganiur fufpecti cum juramento alterutrius ex collitigantibus, ut ex *pragm.*; hujus practicæ ufus vidi femper obfervari; non diu difficulter judices annuebant huic petitioni, quapropter Baro D. Dominicus de Rifi allegavit fufpectum fcribam S. C. Cajetanum Angarano, & quia non potuit obtinere, recurfum habuit ad Regem, qui confultus a S. C. de caufa remotionis non fequutæ fcribæ propter defuetudinem pragmaticæ ex rationibus adductis. Rex die 12. Maji 1760. refcripfit: Majeftatem Suam non approbare defuetudinem pragmaticæ, & juffit illam obfervari, dummodo allegans fufpectum præftet juramentum fervata forma ejufdem; & tunc non militare fufpectionem, quando litigans renuat jurare: & ita alias difpofitum. *Vide laudat. Gatt. part.* 2. *tom.* 2. *tit.* 76. *diplom.* 2. & 3.

4 Si tamen recufetur fcriba propter caufam calumniofam abutens litigans juramento, non habet locum recufatio, ut habetur ex fequenti diplomate.

5 „ Ha efpofto al Re lo Scrivano Pafquale Criftina, che per aver impedito al Prete D. Muzio Britti di ottenere una liberazione per forprefa, è ftato ricufato; e chiede quindi ributtarfi una ricufa sì calunniofa; S. M. mi ha comandato rimettere il di lui ricorfo a V. S. Illuftriffima, acciò il Configlio vegga con attenzione fe il Supplicante fia ricufato per aver fatta la fua obbligazione, invigili full' abufo del giuramento in quefta materia; e bifognando fuperiore provvidenza rifpetto all' Ecclefiaftico lo dica. Palazzo 17. Luglio 1773. = *Carlo de Marco* = *Signor Marchefe Cito Prefidente del S. Configlio*.

6 Reus abfens non poteft recufare fcribam in caufis criminalibus, ut liquet ex diplomate 27. Augufti 1774. directo Regali Cameræ S. Claræ, quod placet hic defcribere.

7 „ Avendo i Fifcali di Vicaria domandato farfi efattamente offervare l' antica pratica di non fentirfi i Rei nè affenti, nè prefenti, durante l' informativo fifcale, fpecialmente contra l' abufo introdotto di ammetterfi le ricufe contra gli Scrivani incaricati delle informazioni fifcali fenza caufa ragionata, ma folo col giuramento per parte del Reo affente o prefente. Cotefta Regal Camera dopo efaminato quefto punto di difciplina, ha propofto ordinarfi alla G. C. che i Rei affenti a tenore delle leggi, e della coftante pratica non meritano effere intefi, fpecial-

,, cialmente quando allegano sospetto lo ,, Scrivano, a cui trovasi commessa l'in- ,, formazione de' di loro delitti.. E ri- ,, spetto a' Rei presenti, che non basta ,, allegarsi da essi con giuramento sospet- ,, ti gli Scrivani, non essendovi legge ,, nel Regno, che ciò prescriva, ma se- ,, condo l'antica pratica debbano i Giu- ,, dici esaminare se sieno sussistenti i mo- ,, tivi dell' allegata sospezione inteso il ,, Fiscale. Con che però quando anche ,, non si credono sussistenti i motivi di ,, sospezione contra lo Scrivano incari- ,, cato dell' informazione, l'esame a di- ,, fesa debba commettersi ad altro Scri- ,, vano. Ed essendosi il Re uniformato ,, mi ha comandato rescrivere alle Si- ,, gnorie Vostre Illustrissime, che nel ri- ,, mettere il borro degli ordini che pro- ,, pongono darsi per la sospezione de' Mi- ,, nistri, formino un paragrafo relativo ,, a questo assunto = *Carlo de Marco*.

8 Item in additione Rummi ad 6. *notabile pag.* 76. *col.* 1. *n.* 2. quæritur an perjurium sit crimen ecclesiasticum: quidquid autem sit; pro hoc crimine videtur procedi coram judice laico. In Curia enim ecclesiastica petitur solum absolutio a juramento propter contractus, ne juramentum sit vinculum iniquitatis.

9 Et *ibidem pag.* 77. *num.* 15. *col.* 1. *in fine*, necnon *num.* 16. *col.* 2. *in princ.* quæritur an perjurium puniatur a judice laico, & sit causa criminalis; adde quod multoties est causa civilis, & punitur a judice habente jurisdictionem civilem cum multa; aliquoties vero est causa criminalis, & punitur per judicem criminalem; & licet pœna perjurii ex *Constitut. eos qui scienter* sit amissionis manus, nihilominus componitur seu transigitur cum pœna pecuniaria.

10 Rummi in additione ad *vers. sed si fiscus &c. pag.* 83. *col.* 2. *n.* 4. agit de potestate crimina componendi &c. hæc potestas fuit restricta Baronibus ex Regali *Constitut.* 15. *Junii* 1738. Deinde occasione nativitatis Serenissimæ Infantis Mariæ Josephæ, ab hac Civitate & Regno fuerunt petitæ tres gratiæ, prima quarum fuit ut abolirentur capita 1. 3. & 7. dictæ Regalis Constitutionis ad finem reintegrandi Barones in eorum facultate aggratiandi, componendi, vel transigendi homicidia: cui Rex rescripsit idibus Junii 1737. his verbis: *Sacra Majestas re melius perpensa providebit*.

11 Tandem post reditum ab expulsis hostibus belli Velitrarum in Campanea Romæ VII. id. Novembris 1774. redintegravit Barones in eorum juribus aggratiandi, componendi, transigendi, permutandi, & remittendi Reos homicidiorum v3. ,, Placetque nobis quod ,, suspensis capitibus primo, tertio, & ,, septimo Regalis nostræ Constitutionis ,, sub die 15. Junii 1738. pro iis tan- ,, tum, quæ Barones eorumque Curias ,, respiciunt, mandetur, prout juxta Re- ,, scriptum Divæ Mem. Imperatoris Ca- ,, roli V. de anno 1536. mandamus; ut ,, iidem Barones, & eorum Officiales ,, debeant Malefactores, & Delinquentes ,, debitis pœnis punire, aut puniendos ,, mandare, & ii qui potestatem virtute ,, suorum privilegiorum habent compo- ,, nendi, permutandi aut remittendi pœ- ,, nas, ea potestate taliter utantur, ne ,, nos ex eorum abusu pro justitia aliter ,, providere cogamur; ut ex *pragm.* 25. ,, *de Baronibus edit. Cervon.* 1772. habes.

12 Ut Lector præ oculis habeat quæ mandantur in præcitatis Capitibus, ea describam. Caput 1. hæc habet:

,, E perchè riuscirebbe sempre infrut- ,, tuoso il dar qualunque providenza o ,, il far nuove leggi, qualora dalle Cor- ,, ti così Regie, che Baronali non si ,, contribuisca per la loro parte quella

,, vi-

„ vuta vigilanza, ed attenzione per l'a„ dempimento delle medesime, perciò „ confermando eziandio tutto ciò, che „ nella nostra Real Constituzione del dì „ 18. di Marzo del corrente anno (1738.) „ fu stabilito, ordiniamo espressamente, „ che tutt' i Governadori, ed altri Ufi„ ziali delle Corti demaniali, e Baro„ nali debbano indispensabilmente far „ relazioni alle Udienze Provinciali di „ tutti gli omicidj accaderanno nelle lo„ ro respettive giuredizioni, siccome an„ che al presente si pratica, e debbono „ farle duplicate nella maniera ordinata „ nel §. 7. della nostra Real Costituzio„ ne; e per quelle accaderanno nel„ la Provincia di Terra di Lavoro, se „ ne debba dar parte così al Commes„ sario di Campagna, che alla Vicaria, „ restando la facoltà alle Udienze, Com„ messario di Campagna, e Vicaria di „ poterne ordinare, e commetterne le in„ formazioni, riserbandosi però la facol„ tà a' Baroni di poter domandare la „ rimessione di dette cause alle loro Cor„ ti, qualora però queste non siano de„ legate; sopra della quale domanda le „ si debbia far giustizia secondo i loro „ privilegj, con che venendo le dette „ cause rimesse, debbano disbrigarle per „ gli puri termini di giustizia fra il „ corso di due mesi sotto pena di avo„ cazione di quelle, servata la forma del „ Bando del Re Ferdinando I. quale si „ debba impreteribilmente osservare.

13 Tertium *cap.* præfatæ *pragm.* 15. Junii 1738.

„ Occorre il più delle volte che gli „ Uomini s' induchino volentieri a com„ mettere gli omicidj colla speranza che „ hanno di potersi per mezzo di qual„ che transazione pecuniaria liberare dal„ le loro inquisizioni. Per tal motivo „ ne' tempi passati conoscendosi gl' in„ convenienti, e disordini, che nasce„ vano dall'abuso delle composizioni, e „ grazie, che si facevano particolarmen„ te ne' delitti, che si commettevano „ con armi di fuoco, si procurò di dar „ freno alle medesime con essersi per tal „ effetto nell' anno 1637. promulgata „ una prammatica che è la 24. sotto il „ titolo *de armis*, colla quale si proibì „ generalmente a tutte le Corti di pro„ cedere a liberazioni e composizioni e „ a far grazie in somiglianti delitti, se „ prima non se ne fosse fatta relazione „ al Collateral Consiglio, e ne avessero „ ricevuta risposta per quello che aves„ sero dovuto eseguire. La quale sebbe„ ne si fosse stimata nell' anno 1638. „ moderarla in qualche parte colla pram„ matica 28. sotto lo stesso titolo; ad „ ogni modo essendosi conosciuto colla „ esperienza la necessità che vi era di „ doversi osservare detta prammatica 24., „ fu la medesima confermata intiera„ mente con un' altra prammatica a 28. „ di Maggio 1647. che è la 5. sotto il tit. „ *de ictu scoppictæ*, e susseguentemente „ per ogni specie di omicidio con qual„ sivoglia specie di armi si commettesse; „ e da' nostri Serenissimi Predecessori; „ e da Noi dette composizioni e grazie „ sono state proibite di farsi nelle visi„ te tanto generali, quanto particolari, „ che si fanno nella G. C. della Vica„ ria.

„ E perchè la nostra Real Volontà „ non è di pregiudicare la giuredizione „ de' Baroni, ma piuttosto di accrescer„ la, ed ampliarla, ove non vi sia pre„ giudizio della giustizia, e della sicu„ rezza de' nostri Sudditi, per gli quali „ dobbiamo adempire allo strettissimo ob„ bligo imposto dal Signore Dio a' Re„ gnanti di procurare la loro conserva„ zione; e all' incontro si considera, che „ in alcuni casi particolari potrebbero „ partorire gravi disordini ed altre per„ niciosissime conseguenze, le composi„ zioni de' Rei di omicidj, o le grazie,

,, che a questi inopportunamente si facessero: vogliamo perciò, che da oggi avanti restando a' Baroni la piena, e libera facoltà di componere, ed aggraziare i Rei di omicidio ne' casi dalle leggi, e Costituzioni del Regno permessi, non si possa però venire alla esecuzione delle medesime colla liberazione formale degl' Inquisiti senza prima darsene notizia a Noi dalle Corti respettive, dove le cause erano pendenti, dovendosi da dette Corti rimettersi tali relazioni in podere delle Regie Udienze Provinciali, e Commessario di Campagna respettivamente, e da questi mandarsi immediatamente al Sopraintendente Generale della Campagna per proponerle nelle Real Camera di S. Chiara, e farsene a Noi rappresentanza per la nostra Segreteria di Stato di Giustizia e Grazia, ed attenderne le nostre Sovrane Deliberazioni.

14 Septimum demum caput.

,, Affinchè si possino evitare maggiormente i delitti di omicidio, e dalla maniera di procedere vengano gli Uomini ad aver freno alle di loro baldanze, ordiniamo perciò che siccome alla Vicaria, ed alle Regie Udienze stà conceduta la delegazione per gli delitti, che si commettono con armi di fuoco, questa si debba anche estendere da oggi avanti per gli omicidj, che si commetteranno con armature di coltelli a fronda di ulivo, coltelli puntuti, coltelli chiamati di S. Domenico, coltelli chiamati alla Catalana, coltelli chiamati Scorciacapre, scannatoi, stilletti, puntarorali, stocchi, pugnali, soglioni, mezze spade, coltelle, smagliatoi, ed ogni altra sorta di ferri puntuti proibiti dalle Regie Prammatiche, e specialmente da quella, che fu pubblicata a 23. di Settembre dell' anno 1723. purchè però costi legittimamente di essersi commesso il delitto con tali armi; non intendendosi comprese in questa determinazione quelle persone, alle quali per il proprio impiego stà permessa l'asportazione e l'uso di dette armi, qualora colle medesime commettessero qualche delitto di omicidio.

15 Et in additione *pag.* 87. *col.* 2. *num.* 5. allegat Rummus DD. qui inquiunt, Barones abuti hac potestate componendi, remittendi & minorandi pœnam, & maxime quando delicta sunt atrocia: adde quod Rex Carolus nunc Hispaniarum Rex cum supradicta *pragm.* 25. *de Baronibus* reservavit providentiam contra abutentes dicta facultate; ita ut per abusum dictæ facultatis jussit Rex noster, ut Campaneæ Præfectus procederet toto conatu contra Reum ex gratia Baronis liberatum, & privavit Baronem propter abusum facultate aggratiandi, ut ex sequenti diplomate.


16 ,, Informato il Re della grazia fatta dal Tenutario di Morrone a Francesco-Antonio Ricciardi, inquisito del grave e circostanziato omicidio di Vincenzo Julianelli, in seguito della remissione ottenuta dalla parte. Ha considerato, che per la Regale Costituzione negli omicidj la remissione non giova al reo, e la grazia ha ecceduto i limiti della giustizia. Perchè sebbene i Baroni abbiano tale facoltà, non debbano di quella abusarsi ne' delitti gravissimi; altrimenti si darebbe occasione agli Uomini scellerati di commettere eccessi enormi, sulla speranza di poter conseguire la grazia: quando la giuredizione a' Baroni, e la facoltà di aggraziare non è stata loro accordata in pregiudizio della giustizia, e della pubblica tranquillità, anzi più tosto per mantenere e l'una, e l'altra. Ha però riflettuto che il Ricciardi ritrovasi presentemente in buona fede,

,, atte-

„ attesa la grazia ottenuta. Laonde Sua
„ Maestà non solo ha comandato al Com-
„ messario di Campagna, che faccia sen-
„ tire al Ricciardi che la Maestà Sua
„ non approva una tale grazia, e perciò
„ provegga alla sua sicurezza, e che
„ indi esso Commessario di Campagna
„ proceda con tutto rigore in una tale
„ causa; ma vuole ancora Sua Maestà
„ che per abuso fatto della grazia, che
„ questo Barone sia privato della facol-
„ tà di aggraziare. Per Regal ordine
„ lo prevengo a Vostra Eccellenza, affin-
„ chè disponga che lo faccia la Vicaria
„ Criminale per decreto, e lo intimi al
„ Barone .. Palazzo al 1. di Agosto del
„ 1759. -- Bernardo Tanucci -- Signor
„ Principe di Centola Reggente della
„ G. C. della Vicaria.

17 Et ad finem evitandi hunc abusum diplomate sub die 29. Februarii 1772. quod extat in *Collect. Diplom. facta per D. Didac. Gatti in 2. part. tom. 3. tit. 89. diplom.* 14. providit, ibi:„ E rispetto alle
„ transazioni non doversi alterare la de-
„ terminazione di Sua Maestà Cattolica,
„ che lo vietò negli omicidj, e delitti
„ gravi senza il Regale assenso; e co-
„ mandò doversi di tali delitti fare dalle
„ Corti Baronali mese per mese relazio-
„ ne alle rispettive Udienze. La Maestà
„ Sua in seguito mi ha comandato dire
„ alle Signorie Vostre Illustrissime, che
„ rimane informata, e vuole che cotesta
„ Regal Camera stenda l'editto da pub-
„ blicarsi e lo rimetta ec. -- Carlo de
„ Marco.

18 In additione demum ad 10. notabile *pag. 91. col. 2. num.* 3. agitur de veteri ordine procedendi in jure retractus, quod fiebat causa cognita; nunc ex *Regali Constitut.* 14. *Martii* 1738. §. 1. *num.* 12. omnes causæ retractus jure congrui vel vigore Consuetudinis hujus Civitatis, vel vigore Constitutionis *Sancimus* decidi debent absque termino, & via exequutiva cum relationibus Peritorum, nisi in quibusdam casibus, in quibus terminus fuerit necessarius, qui debeat esse summarius, cujus decretatio ab arbitrio, & æquitate judicis dependeat.



§. V.

PRohibemts insuper potentes personas accipere a tenuioribus sub prætextu adoptionis, seu donationis simplicis, aut causa mortis, aut ex testamento, vel ex usu tantum, aut sub prætextu defensionis, &c. nisi fuerint parentes. Potentes autem dicimus illos, qui non tantum per se sunt potentes, sed etiam per propinquiores illis, per quos possunt inferre timorem alienatoribus, aut promissionem beneficii. Siquidem si quis ex potentioribus præsumserit facere, sit alienus ab illa re, & æstimationem illius rei præstet Fisco. Transcurso vero decennio si non denunciaverit, nulla de cetero moveatur controversia illis, qui possident ex alio contractu, vel ex donatione, vel ex testamento, nec ab illis quidem, qui jus habent protomiseos, nec etiam a Fisco.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta potentioribus, an, & quando teneat.*

2 *Potentiores qui dicantur. & n. 6.*

Differentia quæ sit inter titulos de alienan. judic. & ne lic. pot.

3 *Dare se in adoptionem potentiori nemo potest.*

Officialis nihil potest recipere pro alicujus defensione etiam ad justitiam.

4 *Jura præsumunt contra potentiores personas.*

Potentiores quid possint, & quas contra eos habent præsumtiones.

5 *Sanguinis ratio excusat, ut donatio non videatur facta in potentiores.*

Pater nunquid possit legare filio potentiori ratione officii.

6 *Comparativus restringit suum positivum.*

Clericus nunquid intelligatur potentior laico ratione officii.

7 *Consequentia non tenet: Officialis potest inferre metum, ergo contractus cum eo est meticulosus.*

Dignitas non præsumit metum.

8 *Libere agere, nemo in necessitate constitutus dicitur.*

Metus materia ubi in jure tractata.

9 *Promissio beneficii trahit hominem ad suam voluntatem.*

Advocati promissionibus Magnatum credere non debent.

Promissio generalis non ligat promittentem.

Simplex dicatur qui suasionibus credit.

10 *Potentior, qui sibi notari facit, quomodo puniatur.*

Dictio & cujus naturæ.

11 *Fiscus est, qui imbursat pœnas legales.*

DIviditur iste §. in tres partes: In prima parte ponitur regula, & exceptio: In secunda, ibi: *potentes*, ponitur declaratio regulæ: In tertia, ibi: *si quis autem*, ponitur, qua pœna puniuntur illi, qui faciunt contra regulam. Regula est, quod licet in §. tertio fuerit dictum, quod cuilibet liceat rem suam stabilem donare inter vivos, vel causa mortis, sive legati, tamen hoc verum, nisi

nisi fiat donatio potentiori personæ inter vivos, vel causa mortis, vel vigore legati, vel adoptionis, vel defensionis, & ista est regula, quæ fallit, nisi alienatur istis modis in potentiorem, qui sit de parentibus ipsius alienatoris, & ista est exceptio. Declaratio regulæ est, quod illæ personæ dicuntur potentiores, quæ non solum sunt potentiores per se, sed etiam sunt potentiores per suos consanguineos usque ad secundum gradum, per quos potest inferri timor, aut promissio beneficiorum ipsis alienatoribus; pœna vero, quæ infertur alienatoribus in potentiores est, quia puniantur amissione ipsius rei, & Fisco ipsa res etiam una cum æstimatione applicabitur, hoc dicit usque ad §. *scriptum est*, & sic iste textus nil facit ad materiam juris congrui, aliqui habent in litera, & Fiscus postea vendit justo pretio illis, quibus competit jus protomiseos, & secundum istam literam iste textus facit ad materiam juris protomiseos.

1 Nota primo ex isto *textu*, quod personis potentioribus donatio facta non tenet, sive sit donatio facta inter vivos, sive causa mortis, sive legatum. Sed iste *textus* habet quatuor limitationes: Et primo fallit, si bona fide alienat donando, vel legando potentiori; nam tunc donatio valet, & sic iste textus procedit, quando fit alienatio supradictis modis ea intentione, & proposito, ut potentior, & terribilior appareat, ut notatur in *l. qui stipendia C. de procur.* ita dicit Speculat. *in tit. de cess. act.* §. *primo versic. quod autem dixi*, & ita refert tenere *Vincent. & Innocent. in cap. 2. extr. de alien. judic. mut. causa fact.*: Secundo fallit, nisi fiat donatio, vel legatum, vel heredis institutio ipsi Principi. Nam licet Princeps sit potentior, tamen ubi ejus persona est, cessat omnis fraus, ut ex *textu* ibi notato in *l. penult. ff. de hered. instit.*: Tertio fallit, ut in fallentia hujus textus. Quarto fallit, nisi sit potentior ratione divitiarum, vel dignitatis, vel ratione nobilitatis, vel honoris. Nam isti etiam dicuntur potentiores, ut in *l. 3. C. de commerc. & mercat. & in l. 2. C. ne rustic. ad nullum obseq. lib. 11.*, & de illis potentioribus non loquitur iste textus; humani enim moris est illum vereri cujus judicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur, 16. *quæst. 1. cap. visis infra medium*, reverentia enim exigente obedire compellimur,
2 8. *quæst. 2. cap. illud*. Secus est ergo, si est potentior ratione officii, & de ista potentia loquitur iste textus, ut in *l. si per impressionem Cod. quod metus caus. & in l. si quis C. si quacumque præd. potest. & in l. 1. C. si rect. provinc. secundum Innocent. in cap. 2. extr. de alienation. judic. mut. caus. fac.* Et hoc expresse probat iste *textus* ibi, dum dicit *Quod istæ sunt potentiores personæ, quæ possunt inferre timorem alienatoribus*, & sic non loquitur de potentiori ratione nobilitatis, vel dignitatis, & ita tenet *glos. & Bart. C. ne lic. pot. l. 1. & Speculat. in tit. de cess. action. §. vers. ceterum, & Bart. in l. cum miles ff. de alienat. judic.* & est differentia inter titulum *de alien. judic. mut. caus. fact.* & titulum *ne lic. potent.* quia primus titulus habet locum in potentiori ratione officii, secundus in aliis, *Bart. in l. 1. C. ne lic. potent.* Item primus titulus habet locum, quando alienatur res, de qua intendebat facere litem; secundus vero loquitur etiam si non intendebat facere litem. Item inter *tit. de alien. judic. & tit. ne litig.* est differentia, nam primus titulus habet locum, ut dixi, quando alienatur res, de qua intendebat facere litem; secundus

dus titulus loquitur, quando post litem motam fuit facta donatio, ut *C. de litig. l. fin.* & dicit *Specul. in tit. de alien. judic.* habet locum, etiamsi non sit donatio potentiori. Item *tit. de alien. jud.* datur ad interesse, interdum ad expensas in *l.* 1. §. *item si locum, & ibi Bart. ff. de alien. judic.* sed per *titul. de litig.* alienans perdit ipsam rem, ut in *auth. litigiof. C. de litig.*

3 Secundo notatur ex *text.* ibi, *Adoptionis*, quod quis non potest se dare in adoptionem potentiori, ut potentiori, quod intelligitur, ut dixi supra in 1. notab. & exponitur hic adoptio, *arrogatio*, quia per adoptionem non transeunt bona filii adoptivi in patrem adoptantem, sed per arrogationem sic quoad usumfructum, ut *Instit. de acquisit. per arrog.* §. 1.: Tertio, notatur ex isto *textu*, ibi *defensionis*, quod Officialis nihil potest recipere pro defendendo aliquem, etiam justitiam habentem, immo punitur ille, qui donat, & punitur etiam ipse Officialis, qui recipit extraordinarie, arbitrio Judicis, ut notatur in *dict. cap.* 2. *extr. de alien. judic. & in l.* 2. *C. ne lic. potent. & in Specul. in tit. de cess. action.* §. 1. *vers. ceterum*; non enim licet dare pecuniam Judici, ut justam ferat sententiam, ut in *l.* 1. *ff. de condict. ob turp. caus.* immo si hoc facit litigans, perdit litem suam & datum, ut ibi notatur, & in *l.* 1. *C. de pœn. judic.* & notatur in *cap. statutum in vers. gratis de rescript. lib.* 6. de quo per *Bart. in l.* 1. *ff. de calumn. & in l. eadem ff. ad leg. Jul. repet. DD. in d. l.* 1. *ff. de cond. ob turp. caus.*

4 Quarto notatur ex *textu*, quod jura præsumunt, contra potentiores personas, quia potentior præsumitur violentiam inferre facilius, ut *Cod. quod metus caus. l. ad invidiam*, hic est, quod dicitur in *Ecclesiast.* 8. *non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius; non contendas cum viro locuplete, ne forte e contra constituas litem tibi: multos enim perdidit aurum, & argentum, & usque ad cor Regum se extendit*. Item potens præsumitur tenuioribus afferre injuriam, *l. illicitas ff. ne potentiores ff. de offic. Præsid.* Item præsumitur, quod opprimat debiles in opportunis eorum necessitatibus, ut in *d. l.* 1. *C. ne lic. potent.* Item præsumitur quod advocati potentioribus deferant, non suscipiendo patrocinium contra eos, sed potius pro eis, scilicet potentioribus advocant, ut *ff. de postum. l.* 1. §. *non solum*. Item Judex præsumitur potius deferre potentioribus, quam justitiam impotentibus ministrare, ut in *authent. ut omnes obed. jud. prov.* §. *neque lateat*.

5 Quinto notatur ex *textu*, ibi *Parentes*, quod ratio sanguinis excusat, ut non videtur facta donatio in potentiore, ratione officii, unde valet cessio facta Clerico consanguineo, ut dicit *Bald. in l. per divers. C. mand.* & hic est unus de effectibus consanguinitatis, de quibus dixi supra in *rubr. de jur. protomis.* & an idem sit in patre, ut possit legare filio potentiori ratione officii, certe sic per id, quod notat *glos. in l. si ita quis* §. *ea lege ff. de verbor. obligat.* quia translatio de patre ad filium dicitur potius continuatio, quam translatio, ut in *l. in suis ff. de liber. & postum.* & ibi: *habuistis hoc anno*, & notat *glos. in cap.* 2. *de feud. cognit.* nam appellatione parentum non veniunt filii, sed ascendentes, ut in *l.* 2. §. *parentes ff. ne in jus voc. & C. eodem tit. l.* 2.

6 Sexto nota ex *textu*, quod potentiores

res personas appellamus illas, quæ non solum per se potentiores sunt, sed etiam illas, quæ habent conjunctum potentiorem usque ad secundum gradum; nam si litera dixisset propinquos, intelligeretur usque ad quartum gradum, ut notat *glos. in cap. requisisti extr. de testament.* & facit quod *in l. licentiam C. de Episcop. & Cle-*
6 *ric.* sed litera dicit propinquiores comparativum, quod restringit positivum suum, ut in *l. ubi autem in princ. ff. de verbor. oblig. & extr. de election. cap. cum dilecti vers. verum, & notant DD. in l. exigendi C. de procurat.* Sed quid si fiat alienatio alicui familiari potentioris domini, certe idem est, sicut si fieret potentiori, secundum *Innocentium in d. cap. 2. de alien. jud.* & notatur *ibid. l. 1. Cod. ne lic. potent.* Sed an Clericus intelligatur potentior Laico ratione officii, videtur quod sic, ut patet in *cap. diligenti cum concordant. extr. de foro competent.* ubi propter privilegium fori, cui per Clericum renunciari non potest, dicitur potentior esse Laico, quia nunquam moritur, *ut in cap. 1. & sic clientulus feud.* In contrarium videtur, quod immo quilibet Laicus potentior est Clerico, ut dicit *Host. in sum. de alien. judic. §. si ex eo quia terribilior ut 2. qu. 7. cap. alieni, & notant Dom. de Rota decis. 177. incip. cessum facta solut. ut facit Specul. in d. §. 1. de cess. act. & DD. in d. l. per adversas in ultima column. per Bartol. in l. 1. ff. de alien. judic.*

7 Septimo nota ex *textu*, ibi *timorem*, quod non sequitur. Officialis potest inferre timorem, ergo contractus factus cum Officiali est meticulosus, hoc idem tenet *Bald. in l. ad invidiam C. quod metus caus.* ubi dicit, quod quando administratio est annexa dignitati, non præsumitur metus illatus per habentem dignitatem in contractu, nisi alia indicia illata timoris, vel metus posset probare, quia dignitas non debet obesse, sed prodesse, *ut in l. si longius in fin. de judic.* & ita tenet *Bart. in d. l. ad invidiam*, ubi dicit, quod quando Officialis facit contractum nullo metu adhibito, valet, nisi sit solitus alteri inferre metum, quod per *Bart. & Ludov. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori ff. de novi oper. nunciat.*

8 Octavo nota ex *textu*, quod propter metum adhibitum in contractu, dicitur contractus peccare in libero consensu; nemo enim in necessitate constitutus dicitur libere agere, secundum *Bald. in cons. schismatis, licet cuncta voluntas sit*, ut ibi per eum in *d. cons.* qui multa dicit de materia metus, & in *l. interpositas C. de transaction.* & de materia metus habemus Titulos in jure civili, & canonico, *text. de his quæ vi metusve caus. fiunt ff. eod. & C. quod metus*, ideo hic me non extendo.

9 Nono, nota ex *textu*, quod promissio beneficii trahit hominem ad suam voluntatem, sicut etiam dicimus in teste, ut propter promissionem, vel propter pecuniam, quam habuit, præsumitur satisfecisse desiderio illius, qui eum corrupit, ut in *cap. 1. §. sed enim*, ibi: *ipsi corrupti forte odio, gratia, seu pretio, quid sit investit.* Sed hoc non cadit in advocatis scientibus id, quod dicit *Jo. Andr. in addit. Specul. in tit. de advocat. §. hic dicendum, in addit. quæ incip. dicit Guil. Angel.* quod non credant promissionibus Magnatum, ut *C. de latin. lib. toll. l. 1. §. similique modo in fin.* dicuntur enim simplices homines illi, qui credunt suasionibus, ut dicit *Bald. in princip. C. ne fil. pro patr.* maxime si sunt promissiones generales, quæ non

non ligant promittentem . ut in *cap. cum venissent , circa medium , & ibi DD. extr. de institut.* & ideo notant ibi DD. illud vulgare, *quod multos decip. (lo ben faremo) qui licitum est , de vento servitur* , ubi dicit ibi *Dom. Cardin.* faciunt ea, quæ habentur in *l. ita stipulatus la grande ff. de verbor. obligat.*

10 Decimo nota ex *textu* , quod si potentior præsumserit in se fieri donationem per aliquam jussionem , quod privatur re ipsa donata , & præstabit fisco æstimationem ejusdem rei .. Sed an fiscus habebit ipsam, & pœnam? videtur , quod sic , quia *textus* loquitur per dictionem *&* , quæ conjungit, ut in *l. si quis ita stipulatus fuerit ff. de verbor. obligation.* sed in contrarium facit , quia non est addenda afflictis afflictio , *ut ff. de officio Præs. l. Divus.* Affligetur enim ipse alienator , si res ipsa applicetur fisco, ex quo afflictus est patiendo impressionem a potentiori , & hoc ultimum videtur verius in quantum dicitur in *text. si quis autem ex potentioribus*, vel si habes *si quis autem ex alienatoribus*; tunc di vera positio casus , ut res, & æstimatio ejus applicetur fisco , si facta sit donatio, in potentiorem fiat , ut dixi supra in 1. *notabile*, quia tunc ipse deliquit , & ideo ipse punitur ; probabitur autem iste animus ex verbis , & factis præcedentibus , ut notat *glos. in l.1. in §. eum ff. de constitut. pecun. l. apud Celsum in princ. ff. de doli except. & in Clement.* 1. *de homic.* & probatione animi *per Bald. in l.* 1. *C. de sicar. & Bart. in l. Fulcinius, & l. quod autem ff. quibus ex caus. in poss. eat. & in l. Labeo ff. de suppl. legat. & glos. in §. aliæ Institut. de action.*

11 Undecimo , & ultimo nota ex *textu*, quod Fiscus est ille , qui imbursat pœnas legales , de qua materia plene per *Andr. in cap.* 1. *quæ sint regal.* & tetigi *in §. præcedenti in §.* 8. *notab.* & in istis pœnis impositis a lege Judex debet esse sollicitus in eorum exactione , & post exactionem curet Fisco assignare , alias de suo illas Fisco solvere tenetur, ut in *auth. ut defunct. seu fun. eorum §. penult.* possem protelare materiam juris congrui, ideo omitto , & hic finiunt verba *Federici* , & sequuntur quædam leges Græcæ loquentes de jure protomiseos; & istæ leges Græcæ non servantur , nisi ubi consuetudo, vel statutum , quia sunt leges locales, ideo loquitur §. *scriptum est* .

ADDITIONES

Ad §. V.

SUMMARIUM.

1 *Potentiores quidam dicuntur .*

2 *Contractus initus cum tyranno an teneat , vel non .*

3 *Contractus factus cum potente an præsumatur violentus.*

4 *Donatio facta Domino castri in loco meticuloso an in fraudem censeatur .*

5 *Cessio facta in potentiorem an teneat .*

6 *Potentiores non licet habere prædia aliena commendata .*

7 *Notarii intervenientes in contractibus gestis cum potentioribus puniuntur .*

8 *Advocati potentiores prohibentur facere , ut contrahatur cum potentibus .*

9 *Regulæ Cancellariæ prohibent fieri subrogationes beneficiorum in personis potentibus .*

10 *Contractus annullantur initi cum potentioribus , & quare .*

11 *Contractus celebratus cum potentioribus rescinditur pro vicino .*

12 *Metus semper præsumitnr in potente .*

13 *Cessio facta per potentiorem in beneficium æque potentioris an valeat .*

14 *Potentiores opprimunt inferiores , unde in-*

interest, ne fiat contractus.
15 *Potentioribus nemo parificatur, nisi alius potentior æqualis sit.*
16 *Historia Jezabelis refertur.*
17 *Fidejussores nobiles esse nequeunt, & quid in praxi servatur, & qualiter practicatur cum illis.* num. 18.
19 *Nobiles desiderant plebem dominare.*
20 *Laudes Regentis Caroli de Tapia.*
21 *Potentia quænam sit.*
22 *Officiales, & Fiscus dicuntur potentes.*
23 *Alienationes factæ pendente judicio an valeant.*

AD id circa alienationem rei factam in fraudem juris congrui in manibus personæ potentis ad congruum evitandum, ubi etiam tractatur de pœna alienationis propter donationem, vel legatum factum in potentiorem hominem, adde, quod
1 potentiores dicuntur illi, qui sunt familiares Cardinalium, ideoque alienatio facta in dictos familiares Cardinalium, lite ac controversia pendente, etiam dicitur facta in potentioribus, *DD. super cap. 2. de alienat. judic. mut. caus. fact.* ita habetur apud *Card. Paris. in cons. 96. num. 16.* ita etiam qui sunt potentiores, declarat *Speculat. in §. 1. de cession. act. in vers. quid autem dixit Jason. in l. si ita quis §. ea lege col. 3. ff. de verbor. oblig.* ubi quando his fiat cessio, si teneat, *Speculat. in titul. quod metus causa in fin.* & per nos infra de istis personis potentioribus in 6. *notab.*
2 Ad primum Notab. in primis si contractus initus cum tyranno teneat, vel ne, *Bart. in tract. de tyrannide in 7. quæst. princip. Bald. in auth. decernimus column. ult. vers. venit ad tertium C. de sacrosanct. Eccles.* & si
3 censendus, vel præsumendus sit fraudulentus contractus factus cum potente, & videas *Dynum in cons. 23. num. 7. & cons. 27. quæro, Menoch. lib. 3. de præsumt. præs.* 129. quos citat *Rendell. in princip. hujus §. in verb. prohibemus num. 12. vers. an autem*, & si
4 facta donatio domino castri in loco meticuloso in fraudem censeatur, vide *Alex.*
5 *in cons. 116. part. 2.* immo neque cessio facta in potentiorem, qui ratione officii est potentior, tenet, actio enim amittitur, ut in *l. 2. C. ne liceat potentiori, & in authent. minoris C. qui dare possunt tut.* hoc etiam per *Afflict.* ut inquit in *Constit. Violentias quæst. 2. num. 7. & 8., Cacheran. de-*
6 *cis. Pedemont.* 144. sic etiam non licet potentioribus personis habere prædia aliena commendata, & in eis titula potentiora ponere, ut in *l. 1. C. de his qui potentior. nom.* ita *Benedell. hic in §. prohibemus num. 24.* ubi etiam hoc asserit, contractus autem initos cum his personis potentioribus
7 esse nullos, & Notarios, qui intersunt in eis, esse puniendos, juxta *text. in l. fin. C. ut nemo ad suum patrocinium*
8 *lib. 11.* sic etiam Advocati potentiores hoc facere prohibentur, ut in *tit. ne liceat potentiorib. &c., & glos. in Constit. Regn. cum universis in tit. de homin. assid. non tenendis in verb. recommendatos lit. B, & in addit.* ubi declarat, qui dicantur recommendati;
9 sic etiam per regulam Cancellariæ Apostolicæ prohibentur fieri subrogationes beneficiorum in personis potentioribus, seu habentibus jurisdictionem aliquam, ut apud *Gomez super regulas Cancellar. in regul. de subrogandis collitigantibus ubi in quæst. 1.* tractat de personis potentioribus; & quæ sunt dictæ personæ, notat idem *Gomez loco cit. ver. dicitur potentior.*
10 Et quod hi contractus annullantur, si sunt initi cum potentioribus, ex eo, quia

quia in fraudem censentur, ut in *l.* 1. *C. ne liceat in potentioribus*, cum in his potentioribus datur metus, qui
11 deinde infertur vicinis volentibus rem emere, ideo propter hoc contractus rescinditur, *Grammat. decis.* 18. *num.* 11. *Masull. ad Capyc. in decis.* 159. *num.* 14. ubi affert *text. in l. nam & Servius ff. de negot. gest.* in quo
12 tali contractu præsumitur adesse promissionem de inferendo vicino metum, jura semper præsumunt contra potentes, ut idem *Benedell. hic num.* 25. & habetur in *d. l.* 1. *C. de his qui potent. nom. in fin. qui Benedell.* limitat illud supra dictum per *textum in d. l-* 2. de cessione facta in poten-
13 tiorem, non habere locum, quando esset facta cessio in potentiorem in præjudicium æque potentioris, & hoc ratione æqualis potentiæ inter eos, quia non videtur factum in fraudem, ut per *Baldum*, *& Salicetum in d. l.* 2.;
14 potentes enim opprimunt inferiores,
* publiceque interest, ne hoc fiat *, ut in *l.* 1. *C. de censib. lib.* 11. & sunt crudeles, *l.* 3. *ff. de donat. caus. mort.* juxta illud, quod habetur in psalmo: *Liberavit pauperem a potentibus, & inopem, cui non erat adjutor*, & in Cantic. B. Mariæ Virginis, *Deposuit potentes de sede*. Vicinus proximus est, & secundum legem naturæ, quod pro nobis facimus, tenemur, & similiter pro nostro proximo facere, & e contrario, quod nolumus pro nobis, nec debemus pro proximo, ut jubet Deus; ergo omnino tales alienationes permitti non debentur in manu poten-
15 tis; potentioribus enim nemo parificatur, nisi alius potentior, si æqualis res petitur, ut per *Afflict. in decis.* 265. *num.* 35. & alibi habetur, quod his hominibus Deus resistit, humilibus vero gratiam tribuit, sic etiam habetur in Sacra Scriptura, in 3. *Regum*
16 *cap.* 1. ubi legitur crudele facinus Jezabelis Reginæ uxoris Regis Achab, in Nabot innocentem, nam canes postea, ut sanguinem dicti innocentis Naboth affixerunt, ibi & carnes ejusdem Jezabelis devoraverunt, quia hæc Jezabel impia, transeunte Jehu triumphante, dum ipsa nimis ornata manebat in fenestra sui palatii, quæ depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit dictum triumphantem, qua visa, ab eodem fuit ordinatum eunuchis, ut deorsum projeceretur, qua projecta, & ignominiose in medio plateæ mortua, venerunt canes & comederunt eam rejectis tantummodo calvaria, ac pedibus, manibusque ejus, ut 4. *Regum cap.* 9. (O res mirabilis!) discant nunc tales homines potentes, ut ait *Divus Ambrosius*, superbi, ac pauperum oppressores finem hujus impiæ Reginæ, ne alienas res per vim capiant defraudando proximum, & vicinum, nobisque convenit similes homines fugere, ut Rex noster jubet in *Ritu M. C. Vic.* 160. prohibendo, ne
17 fidejussores dentur Nobiles Sedilis Capuanæ, ac Nidi, eo magis similiter
18 & potentes curialesve sint. Rationem hujus ac Regis mentem assignat *Caravita super eodem rit. num.* 1. *& Afflict. noster in const. Regn. M. Cur. in vers. curialium*.

19 Sed hodie nonnulla sunt introducta ad favorem nobilium, ut nobiles semper plebem dominare desiderant, idem *Caravit. loc. supra cit. n.* 2. *& ex Luca de Penna in l. militarium in princ. C. de decurionib. lib.* 10. ubi plura de his personis nobilibus, & ne litiges cum eis, ne forte incidas in manibus illorum, juxta dictum *Salomon. in proverb. cap.* 8. *Et ne litiges cum viro locuplete, ne forte contra te litem constituat*; sed id, quod dispositum reperitur in *cit. rit.* ait idem *Caravit.* quod

quod hodie ab aula recessit; nam justitia æqua lance procedit tam erga nobiles, & potentes, quam contra debiles, ac ignobiles, immo magis eam timent potentes, quam non potentes, illis magis est in bonis, quam istis, ideoque Magna Curia Vicariæ hodie libenter suscipit hos potentes, ut dictum est; nam hodie noster Rex potentissimus, ac invictissimus Monarcha plus potest, quam veteres olim illi Reguli, ideoque in *rit. supra cit.* bene inquit *Caravita, ac Regens Tapia super eodem Rit. in C. Jus Regni,*
20 *tit. de fidejussor.* quod dispositio illius Ritus non observatur hodie circa fidejussiones capiendas; fuit enim conditus tempore, quo Reges Regni hujus non erant tantæ potentiæ, indigebantque Baronibus, ejusque auxilio, idem *Caravit. loc. sup. cit. num.* 2.

21 Potentia vero quomodo definitur: dic esse partem fortitudinis, *Afflict. in constit. Regn. Eos n.* 1. item & Fiscus secundum eundem *Afflict. in decis.* 88.
22 *num.* 1. ubi ait, quod non sit idoneus fidejussor Fiscus ad conveniendum, sed inhabilis; ut etiam ait in *Constitut. Regn. Humanitate notab.* 4. *per Bart. & Castrens. in l.* 2. *ff. de his qui satisd. cogant.*

23 Circa id, quod ait *Afflict.* de alienationibus factis pendente judicio, adde *Giurbam in dec.* 62, *Guid. Pap. dec.* 81. *Ozasch. Cacher. decis. Pedemont.* 69. & quando alienatio censeatur facta in fraudem, videas *Riccium in collectan.* 4067. *Afflict. in Constit. Eorum fraudibus, & Capit. Regn. conventus, de Franchis decis. Sac. Reg. Cons., Rovit. super Pragm. Regni Neap.*

SUMMARIUM.

1 *Officialis accipiens pecuniam pro committendo baractariam privatur officio.*

2 *Officialis accipiens pecuniam causa pervertendi judicium, est sicut Judas.*

3 *Capitula Regni concernentia administrationem justitiæ per Officiales exercendam referuntur, ac etiam Constit. Regni.*

4 *Comestibilia accipere prohibentur Officiales, & qualia.*

5 *Officiales accipere prohibentur munera, etiam per interpositas personas.*

6 *Officiales munera accipere an possint a conjunctis, & similibus, & quare.* num. 7.

8 *Judex accipiendo pecuniam pro causa proferendi justam sententiam, an teneatur ad restitutionem.*

9 *Judex qui malam sententiam tulit ob munera & pecuniam, an puniatur. Et quid si salarium non habet a publico.* num. 10. *Et quid si tenue salarium habuit.* num. 11.

12 *Quando Judex dicatur committere baractariam.*

13 *Pœnitentia an detur Judici committenti baractariam.*

14 *Pœnæ corrumpentis Judicem quæ sint:*

15 *Judices debent se abstinere, nec avide munera accipere.*

16 *Judices salem habere debent, hoc est sapientiæ.*

17 *Officiales gratis omnibus jus suum tribuere debent.*

18 *Judex iniquus vocatur, qui propter pecuniam a parte acceptam judicat.*

19 *Judex pecuniam accipiens causa abbreviandi justitiam, qualiter puniatur; & an teneatur ad restitutionem pecuniæ.* num. 18.

20 *Dona excæcant oculos Judicum.*

21 *Casus refertur de Judice corrupto, qualiter fuit punitus.*

22 *Quod gratis erit faciendum, non debet fieri accepta pecunia.*

23 *Judex committens baractariam, an possit ad confessionem partis puniri.*

24 *Dona dantes Judicibus, ut justam foveant*

veant causam vel injustam foveant, an peccent?

1 AD 3. notab. *defensionis*, & ad id, quod Officialis nihil potest recipere, adde quod Officialis, qui pecuniam accepit pro committenda baractaria privatur officio, *Paris de synd. in verb. multa tit. de baractar. num. 2.*
2 *fol. 22. Grammat. decis. 49. num. 11.* imo judex accipiens pecuniam animo pervertendi justitiam est ad instar Judæ, qui vendidit Christum, qui est ipsa veritas, *c. cum æterni de re jud. in 6.* adde etiam eumdem *Regentem Rovitum super pragm. Regni Neap. 1. de muner. offic.* ubi prohibetur Officialibus, ne ultra salarium ei taxatum nihil accipiant, sicut etiam hodie idem fuit dispo-
3 situm per *Constit. ejusdem Regni* incipientem *Apud Justitiarios*, & *pen. cap. Regni* incipit *Nullus Justitiarius*, *in titul. quod nullus Officialis munera accipiat*, & *in alio Regis Caroli*, quod incipit, *Hac ædictali lege sub rubric. ut nullus Officialis*, quæ jura ideo fuere in præsenti Regno sancita, ut omnes ejus Officiales administrantes in eodem Regno justitiam, ut Judices nostri Regis Invictissimi manus habeant
* mundas, nec esculenta, ac poculenta *, a litigantibus recipiant sub pœna indignationis Regis, ac privationis officii, & infamiæ, & furti manifesti, ut per eamdem *Constit. apud Justitiarios*, *ibique Afflict. noster in vers. item puniuntur in commentar. supr. ead.*
4 *constit.* ubi ampliat, extenditque prohibitionem hanc etiam in rebus comestibilibus, quamvis minimæ sint; & inclinantes ad blanditias, a quibus remoti debent esse Domini Judices, per *text. in cap. qui sinceras 43. distinct.* dummodo non sint comestibilia, ac potabilia, quæ usu per duos dies consumuntur, ut idem *Afflict. super eamdem Constitut. n. 5. in 6. notab.* quia illa non comprehenduntur sub munerum appellatione, per *textum in cap. insuper §. statutum de rescript.* concordant supracitata Jura Regni cum lege communi, ut in *l. 1. C. de salgamo hospit. non præstand. lib. 12.*, *cap. Romana §. pen. de censib. Tiraqu. de nobilitate cap. 29. num. 40.*

Imo Officialis nec per interpositam
5 personam aliquid potest recipere, ut puta per filios, uxores, familiares, servos, vel domesticos, sicut in *pragm. 3.* sancitum fuit, *in eod. tit. ubi Dom. Reg. Rovit.* ampliando dispositionem *dict. pragm. 1.* dicit, extendendam esse etiam a sponte dantibus, ut nec possint recipere, ut in *num. 60.* dummodo non fuerit relictum in ultimis voluntatibus, secundum *Dom. Præsid. de Franchis in decis. 393. qui Dom. Præses* hoc idem tenuit per eadem Jura allata a *Peregr. de jure fisci lib. 4. de pœnis tit. 7. num. 13. in 6. conclus.* & in similibus, aliisque casibus tactis per *dict. Regentem Rovitum*, ubi etiam circa restitu-
6 tionem donatorum plura inquit. Verum fallit hoc, quando a consanguineis; vel eorum conjunctis, & affinibus fuerit donatum ac ab omnibus aliis, quorum in causis Judices esse minime possunt, ut in *pragm. 5. tit. eodem*,
7 & rationem assignat idem *Dom. Regens ibidem*; nam sanguinis conjunctio facit cessare omnem suspectionem, juxta *l. 2. ff. ad legem Juliam repetundarum, ibique glos.* sic etiam fallit, ut per *Dom. Regentem de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de elect. official. §. 6. n. 14.* ubi hoc non est considerandum in Judicibus, qui ab amicis accipiunt solita, consuetaque munera comestibilia tantum, dummodo non aurum, vel argentum; fallit etiam in iis Judicibus, qui parum, aut nihil habent salarium (de quo me remitto) dum co-

cogitandum ipse relinquit, idem *de Ponte*, tamen ad veritatem indagandam, videas *Silvest. in verb. judex quæst.* 10. & *Hadrianum lib.* 10. *art.* 1. ubi ajunt, circa hoc esse standum consuetudinibus locorum, tamen *Sot. libro de Justit. quæst.* 6. *art.* 6. *ad membr.* 3. *artic.* 4. & *Navarr. in suo manual. cap.* 25. *num.* 22. & *Medina in summa fol.* 669. & *Lub. in instruction. conf. prima parte cap.* 29. & *in instruct. regul. l.* 2. *cap.* 42. *pag.* 498. *col.* 2. qui unanimiter concludunt ac tenent, quod Domini Judices si convenerunt administrare justitiam cum salario convento, & dicant de eo esse bene contenti, & cum hac conventione officia suscipiunt, dum post accipiunt munera, veniunt adversus conventionem factam, ideoque tenentur ad restitutionem totius, ut *supracitati*
8 *tati Doctores* concludunt; & an teneatur ad restitutionem Judex, qui accipit pecuniam causa proferendi justam sententiam, videas *Doctorem Angelicum Divum Thomam secunda secundæ quæst.* 99. *articulo primo & tertio*, *eundem Medinam quæst.* 3. *de restitutione*, *Sotum lib.* 4. *de justit. quæst.* 1. *art.* 1., *Navarrum in summa cap.* 25. *num.* 12. *tit. de peccatis judicis superiorem agnoscen-*
9 *tis.* & *cap.* 17. *n.* 3. & quomodo puniatur Judex iste, qui malam sententiam protulit ob munera, ac pecuniam, videas *Boerium in decis.* 152. *n.* 1.
10 Sed si nihil salarii haberet a publico, aliter esset dicendum, ex auctoritate *Paris. de Puteo de syndicatu in verb. an si turpe n.* 3. quem refert *Dom. Jo: Baptista de Thoro in additionib. ad eumdem Dom. Regentem de Ponte ut supr. n.* 12. nam si habent salarium ipsis Judicibus competens, alias secus.
11 Sed quid de tenue salarium habente, ut dictum est supra, videas *Dom. Judicem olim Mag. C. Vic. Capiblancum de Baronib. super eandem Pragm. citatam ab eodem de Thoro*, & *in Pragm.* 4. *de Baronib. num.* 14. *cui adde Boerium in supracitata decis.* 153. *n.* 28.
12 Ad id vero, quomodo autem Judex dicatur committere baractariam, *Paris. de syndicat. verb. baractaria*, & circa pactiones, & restitutiones faciendas videas eundem *Novarium tit. de dation. & promiss. in commentar. extravagant. Gregor. XIII. num.* 9. & de promisso & non dato, videas *Marsil. in sin-*
13 *gular.* 19. & an pœnitentia habeat locum in Judice committente baractariam, vide *Parisium loco citato*, & *Addentes ad Capycium in decis.* 155. &
14 de pœnis corrumpentis Judicem, videas in *constit. si judex*.
15 Judices non debent esse avidi talium munerum, nec de auro, vel argento, & ab hujusmodi xeniis se abstinere, quia inter exculenta interdum justitia comeditur, ita apud *Rebuff. in l. munus tribus modis* 18. *column.* 3. *ff. de verbor. signif.* quem citat *Gratian. discept. forens. cap.* 54. *num.* 48. secus de
16 sale; nam sal debent habere, videlicet unum sapientiæ, & alium, ut inquit *glos.* 1. *in l. rem non novam C. de judicib.* scilicet conscientiæ, ne sit diabolicus, ut ex *Baldo in l.* 2. *column. ultima C. de sentent. ex brevit. recit.* & *apud DD. in dict. l. rem non novam*, allatos per *Boerium in decis. supracit.* 153. videas etiam de hac prohibitione accipiendi munera ab Officialibus; doctissimum qu. *Judicem Camillum de la Ratha in suis decisivis consiliis*, *ut in consil.* 114. *num.* 89. & *Muscatell. in sua praxi criminal. in tit. de Judicib. corrumpen.* & alios, ut apud eundem *Dom. de Thoro in loco supracitato*, ubi
17 ait, quod Officiales gratis omnibus jus suum tribuere debent, nec quidquam recipere, ita ait *Præsid. Marcellus de Mauro senior in allegat.* 33. *n.* 4. & *in alia* 12. *n.* 2.

18 Et

18 Et si Judex, qui omittit sollemnitatem requisitam propter pecuniam receptam a Parte, mereatur vocari iniquus, ut ait *Afflict. in constitut. Regn. crebræ nostrorum tit. de juramentis non remittendis a bajulis num.* 3. rationemque assignat, nil esse miserius nisi præcepta Domini nostri Jesu Christi contemnere propter pecuniam, quæ dicitur mater criminum 13. *dist.* & pecuniarum amatores sunt fortes in terra, debiles tamen in cœlo, ut in 47. *dist. cap. omnes*, avidesque pecuniarum, in eis pietas non cadit, ut in eadem 47. *distinct. cap. Verum*. Sed ne mireris, quod homines sunt avidi pecuniarum, pecuniæ omnia pariunt, ut apud *Ecclesiasticum cap.* 10.

19 Immo nota, quod si Judex pecuniam accepit causa abbreviandi justitiam, tenetur etiam ad restitutionem, & quomodo puniatur ferendo sententiam ob munera, *Boerius decis.* 153. *num.* 1. & 2. & quid si pœniteat, antequam proferat sententiam, & si incidat in pœnam, idem *Boerius in eadem decis. n.*22. ubi refert decisionem Florentiæ circa hoc, & quando teneatur ad restitutionem, & circa restitutionem pecuniæ acceptæ, præter allegata supra, videas *dictam decisionem Boerii a n.* 23. *usque ad* 38. ubi etiam pro quibus casibus possit dari pecunia, idem *Boerius*, qui distinguit in *citat. decisione*, ubi etiam inquit, quod inter alia, quæ humanum judicium pervertunt, de quibus in *cap. quatuor* 11. *quæst.* 4. ea potissimum sunt munera, quæ cor-
20 rumpunt, & excœcant sapientes, & subvertunt verba justorum, ut *lib. Exod. cap.* 23. & *in Ecclesiastic. cap.* 2. *xenia*, ubi dona excœcant oculos, & nota, nam idem *Boer. sup. cit. decis.* inquit,
21 quod fuit condemnatus quidam Locumtenens, qui fecit baractariam, & fuit multatus in centum libras auri Turonensis una insimul cum expensis partibus, videas etiam ad hæc *Par. de Puteo de syndicat. in cap. Officiales*, ubi quærit si Officialis in loco, ubi ipse officium exercet, vel alibi, si potest bona emere, domos construere, & a subditis munera recipere, & an, & quando possit hoc facere, videas eumdem *loc. cit. lit. C*; & dum Judices jus suum gratis tribuere debent, justitiamve omnibus ministrare, turpiter faciunt, pecuniam accipiendo, sed an restituere eam teneantur, *Capyc. decis.* 95. & 108. *n.* 17. quibus adde *Marsil. in singular.* 353. allatum ab *Addentib. ibidem in eadem decis.* 95. & *Afflict.* ait in *constit. Regn. Capitaneorum, tit. de offic. Capitanei num.* 33. nam
22 id, quod facere debet gratis, accepta pecunia, crimen contrahit, juxta *text. in l. ut puta* §. *sed hic quoque ff. de condict. ob turpem causam*, immo neque licet dare, ut saltem pronunciet, vel se expediat, *l.* 2. *C. de pœnis judicis*
23 *in auth. ut licitantes*, & si Judex, qui commisit baractariam, possit ex sola partis confessione condemnari, vide *Surdum in decis.* 309. *num.* 1. ubi concludit, quod non, ex doctrina *Parisii in tract. de syndicatu in verb. corruptio n.* 3. pecunia enim, ac exculenta Judicibus debent esse odiosa, ne de propria salute æterna, ac cœlesti patria obliviscantur: *Beatus est enim ille dives, qui in pecuniæ thesauris non speravit, ac post aurum non abiit, ut apud Ecclesiast.* 31. 8. *Sed quis est hic, & laudabimus eum?* inquit deinde *ib.* 9.: maxima enim est aviditas pecuniæ, in omnibus enim vim præstat, & suffragat, juxta *textum in auth. quomodo operet Episcop.*
24 *in* §. *si quis autem obliviscatur*, mittentes vero dona Judicibus, ut juste foveant causam, vel injustam, an peccent graviter, videas *Navar. tit. de debitis & promissis notab.* 11. *n.* 27. & eum-

eumdem de precibus, penes quem multa circa dona solita dari in Nativitate Domini, vide *Menoch. casu* 517. *per totum cent.* 6. & signanter *Covarr. Toletanum variar. resol. de restit.part.*2. §.3.

S U M M A R I U M.

1 *Jura præsumunt contra personas superiores.*
2 *Potentiores opprimunt pauperes.*
3 *Interest Reipublicæ, ne oppressiones fiant.*
4 *Lex semper adversus potentes præsumit.*

1 AD Notab.4. *Afflict.* ait jura præsumere contra personas potentiores cui adde *Mascard.* hoc idem confirmantem *in conclus.* 1307. *n.*2. allegantem *Rolandum a Valle in cons.* 18. habetur etiam *per textum in l.*1. *Cod. de fin. limotroph. lib.*11. *Riminald. in cons.* 18. *Bocrium in cons.* 81. *viro amplissimo;* de aliis vero circa materiam, videas apud *Gramm. & eund. Masc.* ideoque lex adversus hos potentes
2 præsumit, cum isti ut plurimum opprimunt pauperes, secundum *Benedell.*
3 *hic in §. prohibemus num.*22. Reipublicæ enim interest, ne tales oppressiones fiant, ait *text. in l.* 1. *C. ne li-*
4 *ceat potent.* & quod lex semper adversus hos potentes præsumit, ut per *Afflict. in constitut. Regn. Lege præsenti in rub. de dandis advocatis pupillis num.*8. *& in constitut. juris gentium* 1. *notab. numer.* 4. *in rubr.* 15. *de defensis*, *per textum in l. illicitas* §. *ne potentiores ff. de offic. Præsidis*, ac tuebatur in una vertente in S. R. C. nostro ille Dom. *Flavius Ventrilius* peritissimus Advocatus, atque eruditissimus, & ornatissimus, in Italicis Academiis celebratissimus, qui honorificentissimam mentionem tum de nobis, tum de hoc nostro Opere facit in illa elegantissima sua *Epistola Forensi* ad Illustriss. JC. Domin. *Jo.Baptistam Gargiareum* Consiliarium dignissimum Sereniss. Dom. Parmensium Ducis scripta, quam nuper edidit excellentissimus Doctor Dom. *Carolus Antonius Bottilerius* in præstantissimo suo *Tract. de Success. ab intestato*.

S U M M A R I U M.

1 *Ratio sanguinis excusat ab omni fraudis suspicione.*
2 *Parentes ob sanguinis conjunctionem non tenentur revelare delicta consanguineorum.*
3 *Sanguinis conjunctio tollit sinistram suspicionem.*
4 *Sanguinis favore multa permittuntur, quæ alias non permitterentur.*

1 AD 5. Notabile ait *Afflict.* quod sanguinis conjunctio excusat ab omne fraudis suspicione, adde, quamvis dictum *Afflict.* procedat in præsenti quæstione, de qua in hoc §. tractatur, tamen contrarium habetur per DD. & præcipue apud *Bart. in l. penult. circa principium ff. de bonis libertorum*, *& in l. post contractum num.* 3. *ff. de donat. ubi Castr. Roman. & Imol.* citati a *Surd. in decis.*
2 116. *num.* 4. probatur autem, quod ratione sanguinis semper excusatur; nam parentes propter consanguinitatem non tenentur revelare dilectum consanguineorum, quod etiam confirmatur per *Osaschum in decis. Pedemontana* 80. *n.* 9. ex multorum auctoritate; nam
3 sanguinis conjunctio tollit omnem sinistram suspicionem, ita apud *Mascardum* habetur in *conclus.* 61. *num.* 9. & apud *Dom. Regentem Rovitum in Pragm.* 5. *de muneribus Officialium*, ubi

ubi allegat *textum in l. 1. ff. ad leg. Jul. repet.*, *& alios DD. ut num.* 2.
4 sanguinis etiam favore multa permittuntur, quæ alias minime permitterentur, sed forent prohibita, ut per *Laurent. in decis. Avenionens.* 1. *num.*4. allatum ab eodem *Regente Rovito in pragm. 4. sub tit. de recept. malefactor.* & an sint adhibendi consanguinei in contractibus, in quibus habent interesse, videas *Gratian. discept. forens. cap.* 647. *n.* 20.

S U M M A R I U M.

1 *Personæ potentes quæ dicantur.*
2 *Divites dicuntur potentes.*
3 *Dominus noster fuit potens opere, & sermone.*
4 *Potentes dicuntur, qui habent multos consanguineos, & amicos.*
5 *Potentioribus pares esse non possumus.*
6 *Potentes non servant fines modestiæ.*
7 *Potentes dicuntur familiares Regis, Clerici, Episcopi, Cardinales, & similes.*
8 *Potentes prohibentur fidejubere, & inhabiles ad conveniendum.*
9 *Fiscus dicitur potentior.*

AD 6. Notabile ubi *Afflict.* tractat de his personis potentioribus, explicando quæ sint personæ istæ, ibi: *poten-*
1 *tiores*, adde, quod apud *Ecclesiast. & Luc.* 1. in Cantico Beatæ Mariæ semper Virginis, potentes intelliguntur superbi, ibi: *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles*; potentes etiam dicuntur, qui habent multos amicos, vel consanguineos, aut familiam numerosam, ut decisum refert *Vivius in decis. Rot. Roman.* 34. ubi ait, per dictam Rotam fuisse declaratum Pogiorum familiam potentiorem ex supradictis causis; unde dictum illud: *Quando i Pogi von pogiare, tutta Lucca fan tre-*
2 *mare.* Item divites dicuntur potentes, sic etiam dicuntur potentes hi, qui sunt opere, ac sermone potentes, sicut legitur in Evangelio apud eumdem *Lu-*
3 *cam c.* 24. de Jesu Nazareno, *Vir Propheta potens in opere, & sermone*; sic etiam potentes ratione officii, ut apud eumdem nostrum *Afflict. super Constit. Regn. juris gentium in tit. de de-*
4 *fens. impon. in rubr.* 15. *num.* 3. ubi etiam potentes appellat illos, qui habent multos consanguineos, & amicos, ut ait etiam *Afflict. hic. & Speculat. in tit. quod metus*
5 *causa in fine*, & dic, quod sapientis est cavere a talibus hominibus potentioribus; nam isti potentes, quibus
* humiles pares esse non possunt *, ut
6 *in l. 3. ff. de alien. jud.* numquam fines modestiæ servant ut inquit *Jacobus de Franchis in prælud. feud. in cap. vasallus, tit. quib. mod. feud.*
7 *amitt. n.*16. *&* 17. personæ enim potentiores etiam dicuntur familiares Regis, Milites, Clerici, Episcopi, Cardinales, & omnes Potestates, ac regimina Regnorum habentes; sic etiam Domini absoluti non recognoscentes Supe-
8 riorem, & isti sunt prohibiti fidejubere, inhabilesque ad conveniendum, secundum *Scribent. & de Tapia sup. ritu* 160, *& apud DD. super dict. tit. ne*
9 *liceat potentiorib.* Item fiscus dicitur potentior, *Phebus in decis. Lusitana* 138. *& Veral. in decis. Rotæ Roman. unic. in verb. cessio*: item dicuntur potentes Judex, Consul, Senator, & Præses, ait *Benedel. hic in n.* 2. *eodem §. prohibemus*.

S U M M A R I U M.

1 *Officialis præsumitur juste facere quod facit.*
2 *Officiales prohibentur contrahere.*
3 *Officia ponuntur ad societatem ad colorandum illam.*

AD

1 AD 7. Notab. ibi, *De contractu facto cum Officiali censetur meticulosus vel ne*. Adde, quod nunquam adversus Officialem licet potentem præsumitur fuisse per eum commissum illicitum, immo quod omnia, quæ facit, juste præsumuntur facta, ita concludit *Mascard. in concl. 137. num. 3.* licet re-
2 gulariter sint prohibiti contrahere cum privatis hominibus, nec per se, nec per personam interpositam, ut *in l. eos C. si cert. pet. ubi Caravita super ritu Magn. Cur. Vicariæ 2. num. 28.* & in facientibus præsumuntur habere solum nomen, & consequenter non faciunt partem, quando agitur contra
3 alios obligatos; nam si ponuntur in societate fit ad colorandam societatem, *Mantic. de tacitis & ambiguis conventionibus lib. 6. tit. 24. num. 37. & Rot. diversor. decis. 288. n. 2. part. 1.* quos citat *Gratian. discept. forens. cap. 527. num. 37. & 38.*

SUMMARIUM.

1 *Contractus rescindi an possit ob metum.*
2 *Metus reverentialis an sufficiat ad rescindendum contractum.*
3 *Metus nunquam præsumitur, sed probandus erit.*
4 *Metus probandus ad illum actum factus.*
5 *Metus probatur conjecturis, & præsumtionibus.*
6 *Contractus rescinditur prætextu metus reverentialis, & sic decisum.*
7 *Metus an præsumatur per solam reverentiam.*
8 *Metus an purgetur per solutionem subsequentem.*

1 AD 8. Notabile videas *Gomesium variarum resolution. cap. 14. de restitution. minor. n. 37.* ubi tractat de rescissione contractus, si potest rescindi propter metum adhibitum, & in specie circa metum reverentialem, *Thesaur. quæst. forens. lib. 1. quæst. 51. num. 3. ubi etiam Mascard. conclus. 1055. & Menoch. de præsumt. in præsumt. 127.* ubi tenet, quod in dubio
2 in his contractibus talis metus nunquam præsumitur accessisse, nec solus metus reverentialis sufficit ad rescindendum contractum, dummodo non cadat in constantem virum, vel salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat, per *textum in l. inter peritos C. de transaction. Gramm. in decis. Lusitana 256. n. 3.* etiam *Fontanell. de pact. nupt. clauf. 7. glos. 1. part. 5.*
3 *num. 37.* & quod nunquam in dubio præsumitur talis metus, sed est probandus, ut ait in *n. 38. idem qui supra Fontanell.* ubi etiam *Surd. in dec. 194. & Menoch. in casu 136. de ar-*
4 *bitrar.* immo est necessarium probari, quod in illo actu, de cujus rescissione agitur, intervenisset, ita *Jacobin. in dict. cit. l. inter peritos, Innocent. in cap. accedens de conversione conjugatorum*, ita in terminis refert decisum *Anna in singul. 341. & Afflict. in*
5 *decis. 246.* licet solis conjecturis, ac præsumtionibus probari metum dixerit *Cacheran. in decis. Pedemont. 179. num. 1.* ubi asserit, sic conclusisse, *Boerium in decis. 101.* & nonnullas præsumtiones declarat idem *Cacheran. in præcit. decis. & Menoch. in præsumt. supra cit. 172.* & omnino per *Fontanell. ut a num. 55. usque ad 62.* lo-
6 co supra citato, refert pluries fuisse decisum adversus nonnullos contractus tam ultimarum voluntatum, quam etiam inter vivos, propter solum metum reverentialem, & eumdem in *glosa 2. part. 6. per totam*, ubi præter dicta in glossa præcedenti, signanter agit de metu quod annullat contractum, &

7 si per solam reverentiam præsumatur metus., *Gratian. disceptat. forens. cap.* 108. *num.* 51.

8 Modus vero purgandi metum, videas eumdem in *disceptat. cap.* 141. *n.* 18. & maxime per subsequentem solutionem voluntariam, *textus* est in *l. cum te C. de his quæ vi metusve causa, ubi Salyc. & Alexand.* rescribunt, non solum per solutionem spontaneam tollitur metus, verum purgatur etiam actio ipsius.

SUMMARIUM.

1 *Promissiones generales non ligant promittentes; & quæ comprehendant.* num. 2.

3 *Promissio hominis in primo actu verificatur.*

4 *Promissio ligat ad observantiam sub pœna peccati.*

5 *Promissio facta personis inhonestis an teneat.*

6 *Promissio simplex absque juramento, vel voto an teneat.*

7 *Homines simplices qui dicantur, & an eos decipere sit licitum.*

8 *Homines simplices an excusentur.*

9 *Conversatio personarum simplicium melior est, quam pestilentium.*

10 *Dare, ac promittere an paria sint.*

1 AD 9. Notab. ubi circa generales promissiones, quod non ligant promittentes, nota, quod hoc idem, dixit *Boer. in decis.* supra citata in 3. *notab.* 153. *num.* 87. ubi refert eadem, & citat eosdem DD., sicut *Afflict.*
2 hic; & quæ comprehendant tales promissiones generales, videas *Bart. in cons.* 4. *volum.* 1. *n.* 3. & nota quod quan-
3 do agitur de promissione hominis, regulariter semper in primo actu verificatur, *text. in l. boves* §. *hoc servire*
4 *ff. de verbor. signific.* & si simplex promissio ligat, ut ad illam observandam teneatur promittens sub pœna peccati, videas *Sotum lib.* 3. *de instit. quæst.* 2. *artic.* 1., *Divum Thomam* 2. 2. *qu.* 100. *art.* 3. *ad quintum*, *Lupum in instruct. conf. part.* 2. *cap.*
5 30. & circa promissiones factas histrionibus videas *Divum Thomam* 1. 2. *quæst.* 268. *art.* 3. *ubi Cajetan. Sylvestr. tit.* 5. *quæst.* 7. *Covarr. in regula peccat. quæst.* 2. §. 2. *n.* 5. & circa promissiones factas mulieri dishonestæ, ac meretrici, quid juris, videas etiam *Rev. P. Rodriq. in summa su . in tit. de promissionib. part.* 2.
6 *cap.* 42. *n.* 4. *concl.* 4. an quis teneatur adimplere simplicem promissionem absque juramento, vel voto; & utrum aliquis teneatur de necessitate salutis implere, quod simpliciter promisit, videas *Divum Antoninum cap.* 1. §. 4. *in* 2. *part. suæ summæ. tit.* 10. *& doctissimum Suar. in tract. de virtute & statu Religionis tom.* 2. *in lib.* 2. *de juram. promiss. cap.* 1.

7 Ad id vero, quod homines simplices sunt illi, qui credunt suasionibus, adde *cap. innocens* 22. *quæst.* 4. *Cardin. in Clement.* 2. *in princ. opposit.* 1. *de pœnis & remiss.* licet hos homines simplices decipere bonum non sit, ut habetur in *Clement. prædicta*, nam semper simplicitati est subveniendum, secundum *Speculator. in verb. depositi in* §. 7. *in ver.* 17. cum ipsa sit veritatis ac legum amica, secundum *Spe-*
8 *culator. eodem in loc.* & an isti homines simplices excusentur circa ea, quæ sunt juris naturalis, videas *Zabarel. in dict. Clement.* 2. *& in Clement. Abusionibus col.*2. *vers. sed numquid, Berengar.* §. 11. *& Cardin. in dict. Clement.* 2. *in princ. de pœnis & remiss.* & isti homines
9 simplices sunt amabiliores, ac melior est eorum conversatio, quam pestilentium

tium ac fetidorum hominum malitiam, ac fraudem habentium, qui sunt abominandi, ac fugiendi, ut inquit *Napod. in glos. assensit num. 236. in procem. Caroli ad consuet. Neapolitanas*
10 *in §. ut igitur fol.* 120. dare, ac promittere an paria sint, *Afflict. decis. 61. Isern. in tit. de natura successión. feud. cap.* 1. *Tiraquell. tit. de retract. convent. num.* 16.

SUMMARIUM.

1 *Pœna, & res exigi insimul non potest, cum sit duplicata afflictio.*

AD 10. notab. ibi, *circa rem & pœnam*, adde, quod res, & pœna
1 exigi non potest, nam quæ essent afflictiones, de quo videas apud *Benedell. hic in vers. fit alienus ab ipsa re num.* 2. nemo enim duplici pœna est plectendus, *l. senatus ff. de accusat. Gomez de delict. in tit. de furt. tom.* 3. *cap.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Fiscus quis sit.*
2 *Fiscum ad quos pertineat habere.*
3 *Fiscus unde dicatur.*
4 *Fiscus est quasi armarium thesaurarii.*
5 *Mors Regis Suetiorum refertur.*

1 AD ultimum Notab. videlicet, *quid sit Fiscus*, adde, quod Fiscus appellatur Camera imperii complectens quidquid ad illius commodum
2 pecuniarum pertinet, & proprie Fiscus est Papa, Imperator, Civitates suum non recognoscentes Superiorem, est etiam repositorium publici thesauri, de quibus per *Peregrin. de jure fisci,*
3 *lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. & 31. & dicitur fiscus, quasi fixus, quia semper firmus, & nunquam moritur, *Idem eodem loco n.* 34. & *Fulgos. in cons.* 127. & dici-
4 tur saccus, & est quasi armarium publici thesauri, & *n.* 38. & per eundem *Peregrin. num.* 39. videas *Camill. Borrel. ad Bellugam in rubr.* 10. qui fuit olim Judex meritissimus in civilibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & *Foller. in Constitut. causas per magistros.*

Et licet *Afflict.* hic inquit finire verba *Federici, ac hujus Constitutionis Sancimus*; attamen *Rendella in loco supra citato in præcedenti Notab.* inquit, quod sequitur §. *Transcurso decennio*, qui §. non commentatur ab *Afflicto*
* nostro, quamvis ab aliis sic *. Fuit datus finis huic §. 5. simul cum fine an-
5 ni 1632. in quo tempore fuit interfectus Rex Suetiorum inimicus noster, qui valde strenue bellabat contra nostrum Invictissimum Imperatorem Ferdinandum, & post in anno 1634. de mense Septembris fuerunt debellati posteri ejusdem Regis Suevi, qui sectabantur vestigia ejusdem Regis, maxima cum victoria nostri exercitus, & cum interitu multorum exercitus inimici: vivant semper Catholici nostri defensores Invictissimi Philippus Rex noster, & Ferdinandus Imperator noster, de qua victoria fuit factum magnum festum in hac nostra Civitate, & Illustriss. ac Excellentiss. noster tunc Prorex Domin. Comes Montis Regii, accessit ad Ecclesiam Archiepiscopalem ibidem causa agendi gratias Deo, ac Deiparæ semper Virgini, necnon Divo Martyri & Episcopo Protectori nostro Januario Sanctissimo, cujus festum celebratur Neapoli, & in toto Orbe die 19. Septembris. Sit nomen Domini benedictum.

P 2 NO-

NOVÆ ADDITIONES

AD §. V.

1 RUmmi *num.* 14. *in addit. ad hunc* §. *pag.* 106. *col.* 1. dicit quod potentes opprimunt inferiores ; & publice intereſt ne hoc fiat : adde quod in animo dilecti noſtri Regis, ejuſque invictiſſimi Genitoris, dum ad gubernacula hujus Regni ſedit, ſemper fuit tranquillitas eorum Populorum, qnos æqua lance regunt ; & omni ſtudio vigilant ne a potentioribus fiat injuria inferioribus ; ideoque ne id proſequeretur pluribus diplomatibus providerunt : & primo non licere Baronibus præferri in emtione frugum, aliarumque rerum induſtrialium eorum ſubditorum ; quapropter Rex Catholicus die 23. Octobris 1756. vetuit ne Baro præferretur in emtione ſericorum ejus feudorum, ſequenti diplomate.

2 „ Avendo il Re ſaputo, che con decreto di coteſto Preſide fu conceduto alla Marcheſa della Valle la prelazione nella vendita delle ſete che ſi fanno ne' ſuoi feudi : mi comanda dire all' Udienza, che il decreto per la prelazione della compra delle ſete a favore della Marcheſa ſi rivochi, annullandolo Sua Maeſtà, come ingiuſto, ſcandaloſo, e cagione di gravami infiniti, che ſi danno a ſoffrire a' poveri Vaſſalli ; e gli dia conto dell' eſecuzione. E ſi notifichi formalmente alle Univerſità della Provincia un tal decreto della Maeſtà Sua, ſenza cauſarſi ſpeſa ad alcuna Univerſità. Portici ec. = Il Marcheſe Tanucci = All' Udienza di Coſenza.

3 Vetuitque etiam in venditione fructuum feudalium, diplomate ſub die 26. Maji 1759. cujus tenor eſt.

„ Avendo il Conſiglio di S. Chiara fatto decreto che il Barone di Martano, e Calimera foſſe preferito nella vendita de' ſuoi frutti feudali con allegare a pro de' Baroni la Coſtituzione dell' Imperador Federigo *Magiſtris procuratoribus*, volle il Re ſentire il parere della Camera della Sommaria. Queſto Tribunale ha rappreſentato in eſecuzione dell' Ordine Regale, che tanto per la diſpoſizione del Dritto Romano, quanto per le leggi del Regno, ciaſcuno ha la libertà di comprare e vendere a chi ſi voglia, ſenza che ſi trovi prelazione nelle leggi Romane accordate al Fiſco ; che anzi ſi trovano eſpreſſamente prohibiti i gravami, e violenze dalle leggi di queſto Regno, emanate negli anni 1466., 1483., 1536. e 1563., e preciſamente in quella del 1483., nella quale fu ſtabilito di eſſer libero a ciaſcuno, particolarmente per le vettovaglie, vino, olio, e altro di comprarli da chi gli piaccia, non oſtante qualunque proibizione fatta dal Sovrano ; e da' ſuoi Ufiziali ; eſpreſſando la Camera di non eſſer certo che nella Coſtituzione dell' Imperadore Federigo *Magiſtris Procuratoribus* fu conceduto alla Corte, o al Fiſco, il dritto coattivo, o la preteſa prelazione : poichè la mente dell' Imperadore non fu d' introdurre un nuovo gravame ; anzi al contrario fu di levare ſomiglianti coazioni, e ſollevare i ſudditi da' gravami ; e perciò nel principio della Coſtituzione

,, ne proibì espressamente a' Procuratori della Curia il costringere i sudditi a comprare contra volontà, benchè a giusto prezzo i diritti, e i frutti fiscali. In effetto, dice la Camera, che in quel Tribunale non ha mai preteso il Fisco di esercitare tali diritti, onde sarebbe molto irragionevole, che li esercitassero i Baroni. Di ordine della Maestà Sua lo significo a V. S. Illustrissima, e al Consiglio, in risposta della Consulta del Consiglio medesimo, affinchè stieno in questa intelligenza. Portici ec. = Bernardo Tanucci = ,, Sig. Marchese Presidente del Consig.

4 Quibus quidem Regali Sanctione plenius providit, quam ad majorem dilucidationem hic describam:

Carlo III. per la Dio grazia Re delle Spagne, delle due Sicilie, di Gerusalemme, e delle Indie ec.

,, Da che la Providenza Divina chiamò Noi alla cura di questo Regno, il nostro principale intendimento in tutto il corso del nostro felicissimo governo è stato sempre il sollievo de' nostri amatissimi Sudditi con riconoscere ed abolire gli abusi, che spesso lo Stato di Provincia sogliono accompagnare. Ed essendo tra questi i più perniciosi quelli, che il privato interesse in pregiudizio del Comune introduce, o con occulta frode, o aperta violenza; abbiamo stimato dovere specialmente indirizzare le nostre Sovrane risoluzioni al riparo di quelle intraprese, che tendono a ristringere senza pubblica causa, e senza giusto titolo, l'altrui diritto, e libertà naturale. Tale appunto è la pretensione, che è venuto a nostra notizia di essersi da' Baroni talvolta avanzata, o anche sostenuta col fatto, che i frutti feudali debbano essere privilegiati e preferiti, come fossero di diritto fiscale, sull' appoggio che essendo i Feudi pervenuti dal Fisco i di loro Possessori rappresentano gli stessi diritti, e privilegj. E conoscendo Noi che una tale opinione promossa dalla stranezza di qualche Dottore, e non riparata per la languidezza della disciplina, è erronea; perchè i Possessori de' Feudi non possono pretendere altri diritti, se non quelli, che sono stati a loro espressamente dal Fisco accordati, tra' quali non vi è diritto alcuno di prelazione nella vendita nel Feudo. Perciò per togliere ogni abuso su tal particolare, abrogando qualunque consuetudine, giudicatura, o interpretazione de' Dottori in contrario colla presente nostra legge da valere in ogni tempo ordiniamo, e comandiamo che in tutt' i Luoghi di questo Regno tanto Demaniali, quanto Baronali sia lecito a ogni qualsisia Particolare vendere i frutti de' proprj territorj nella maniera, e in quel tempo che meglio stimerà convenire a' suoi interessi senza che possa pretendere persona alcuna di qualunque grado e condizione sia, e specialmente i Baroni, essere preferiti nella vendita de' frutti provenienti da' territorj o burgensatici o feudali; dimodochè ogni Cittadino abbia l' intera naturale libertà di vendere, comprare i frutti de' territorj in ogni tempo e luogo. E se taluno sotto pretesto di antico solito, o di altro titolo ideale impedisse i venditori e compratori, incorra *ipso facto* nella pena di ducati mille da applicarsi al Regio Fisco. E affinchè abbia la sua intera osservanza sarà sottoscritta da Noi di nostra

„ mano, figillata col noſtro ſigillo, „ referendata dal noſtro Vice-Protono- „ tario il Preſidente del Conſiglio, e „ la di lui ricezione referendata dal „ Segretario della noſtra Camera di „ S.Chiara. Napoli 4. di Ottobre 1759. „ Yo il Re = Bernardo Tanucci = „ Locus ✠ Sigilli. = *Vidit Danza Præſes Vice Pronotarius* = *Dominus Rex mandavit mihi* = *D. Franciſco Rapolla a Secretis* = *A dì 9. di Ottobre 1759.* = *Io Nicola Majorino Lettore de' Regj Bandi dico avere pubblicata la ſopraſcritta Legge co i Trombetti Regali ne' luoghi ſoliti e conſueti di queſta fedeliſſima Città di Napoli con avere affiſſate copie della ſuddetta Legge.*

5 Ad *num.* 3. *addition. ad* 3. *notab. pag.* 108. *col.* 1. ibi: Judices nec eſculenta, nec poculenta a litigantibus recipiant &c. Adde quod in anno 1593. die 27. Octobris fuit diplomate mandatum quod obſervetur pragmatica, cum qua prohibetur Judicibus in acceſſibus ab ipſis facientibus recipere prandium a Partibus. Neque recipere poſſunt Judices munera, *diplom.* 18. *Maji* 1625. & 30. *Martii* 1629., neque recipere legata a perſonis non conjunctis ſanguine, ne judices propter benevolentiam, & gratuitatem erga domum, ſive familiam legantis, dependeant in cauſis & jurgiis eorumdem *diplom.* 5. *Decembr.* 1749. Prohibetur etiam Officialibus juſtitiam miniſtrantibus eſſe Arbitros, Advocatos, Compatres, & Mercaturas facere, *diplom.* 4. *Julii* 1633. Si autem prævio Regio aſſenſu eligantur Arbitri, nequeunt habere trigeſimam pro laudo, *diplom.* 8. *Jan.* 13. *Febr.* & 21. *Junii* 1740. Neque Particularium patrocinare cauſas, neque eſſe Procuratores abſque Principis venia, *diplom.* 18. *Maji* 1625. & 30. *Maji* 1630. & 11. *Julii* 1649. & 14. *Februar.* 1664. & 20. *Junii* 1770. Neque eſſe Procuratores vel Reſidentes Principum Exterorum, vel cujuſque Reipublicæ, *diplom.* 25. *Martii* 1692. Neque exercere munus tutelæ, curæ, baliatus, & hereditates fiduciarias acceptare, aliaque munera particularium, *pragm.* 14. *Februarii* 1664. Prohibentur demum Conſiliariis urbanitatis actus exercere cum domeſticis viſitationibus, ne diſtrahantur ab eorum muneribus, & familiaritatem contrahant; ita expedit ad decus eorum officii & ad rectam adminiſtrationem juſtitiæ, *diplom.* 25. *Junii* 1592.

6 In addit. D. Rummi ad 6. *notab. num.* 5. *col.* 2. *pag.* 112. ubi agitur de hominibus potentioribus. Adde quod Rex noſter ut pater communis ſuorum fidelium ſuæ curæ ſubjectorum non patitur ut pauperes opprimantur a divitibus, nam propter vexationes illatas in diverſis caſibus a Barone Cuſani, & ejus Curia in perſonas Chriſtophori Vinditti & ejus familiæ, Rex exemit eum & familiam ſuam a juriſdictione Baronis, delegavitque pro eorum cauſis Regia Curia Capuæ, ut ex *diplom.* 6. *Februarii* 1773. Juſſit etiam Rex procedi criminaliter contra Barones, qui violenter imponunt in ſubditos Regis concuſſiones, oppreſſiones, & gravamina, & voluit ut dictorum criminum ſententia comprehendat non ſolum futuram emendationem, verum etiam pœnam probatæ vis, & reſtitutionem damnorum, expenſarum & intereſſe, ut ex ſequenti Capite Regalis diplomatis patet.

7 „ Si fa fede per me ſottoſcritto „ Attuario della Suprema Giunta di „ Abuſi, e di Stato, come tra le altre „ coſe contenute nel Regal Diſpaccio „ per la prima Regal Segretaria di „ Stato del dì 20. di Ottobre corrente vi „ è il ſeguente Capitolo: = Che non „ ignorando la Maeſtà Sua l' abuſo

„ per-

„ pernicioſo de' Tribunali, che ove „ ſi tratta di concuſſioni, oppreſſioni, „ e gravami, che da' Baroni s' im- „ pongono violentemente a' Sudditi „ del Re, tutto finiſce col decreto di „ doverſene il Barone aſtenere, e con „ ciò ſi crede meſſa in ſalvo la giu- „ ſtizia, ſenza caſtigarſi gli Oppreſſo- „ ri, e ſenza rifarſi agli Oppreſſi il „ danno dato, e la ſpeſa grave, e „ diuturna. Ha quindi la Giunta me- „ ritata una ſeconda approvazione del „ Re nell' avere determinato, che nel „ caſo di cui ora ſi tratta, debba pro- „ cederſi criminalmente. Volendo per- „ ciò la Maeſtà Sua che in tali emer- „ genze di capi di gravami con ef- „ fetto ſi proceda criminalmente, e „ che reſti tal pratica ſtabilmente; e „ nelle ſentenze di cauſe di gravami „ ſi comprenda non ſolamente l'emen- „ da futura, ma anche la pena fiſſa- „ ta della provata antecedente violen- „ za, e la reſtituzione de' danni, „ degl' intereſſi, e delle ſpeſe. Al „ qual effetto ſi paſſi copia di que- „ ſto Diſpaccio al Conſiglio, alla „ Camera, e alla Gran Corte. Por- „ tici 20. Ottobre 1775. = *Bernardo* „ *Tanucci* = *Signor Marcheſe Cito Pre-* „ *ſidente del Sagro Conſiglio.* = E in „ fede ec. = Napoli 26. Ottobre 1775. „ *Franceſco de Baldaſſarre Attuario.* = *Die 18. Novembris 1775. = Exequatur, & detur copia Dominis Regiis Conſiliariis = Citus Præſes.*

8 *Diplomate 25. Julii 1759.* fuit mandatum S. R. C. quod quando Baro non habet expreſſam particularem conceſſionem prohibendi, ut nemo immittat animalia in propriis privatis territoriis in Feudo ſitis, relinquat Cives in naturali libertate utendi eorum perfecto dominio.

9 *Diplomate 11. Julii 1771.* vetitur Baronibus exigere ſtrenam, aliaſque præſtationes ex abuſu introductas ab Univerſitatibus & Civibus eorum Feudorum.

10 Quando Barones non habent jus prohibendi, eſt in libertate Civium utendi furnis, piſtrinis, ſive mulendinis, cauponis, domibus, & trapetis propriis vel privatorum vel Baronum, non obſtante mala interpretatione *pragmat. 14. de Baronibus*, ut melius ex verbis diplomatis.

11 „ Nella prammatica 14. *de Baro-* „ *nibus* ſi dice potere i Vaſſalli libe- „ ramente uſare de' forni, de' moli- „ ni, de' trappeti, delle Caſe, o delle „ Oſterie proprie o di altrui, quan- „ tunque non ſieno piene le Oſterie „ de' Baroni, purchè i Baroni non „ abbiano il *jus prohibendi*. Si dice „ che queſta prammatica è ſtata co- „ munemente interpretata colla ſeguen- „ te diſtinzione: Se i Vaſſalli non „ avendo proprj forni, molini, trap- „ peti, e oſterie, vogliono uſare de' „ forni, de' molini, de' trappeti o „ delle oſterie di altrui, che ſono „ fuori del Feudo, potendo con pari „ comodo uſare de' forni, de' moli- „ ni, de' trappeti o delle oſterie di „ altrui con danno del proprio Baro- „ ne, che per quelli corpi è tenuto „ al rilevio, e all'adoa, dovendo que- „ ſta parere piuttoſto animoſità, che „ libertà. Quando che poi non poſ- „ ſono i Vaſſalli con pari comodo „ uſare de' forni, de' molini, de' trap- „ peti, o delle oſterie del Barone, „ allora ſi dà a loro tutta la libertà. „ In ſeguito di ciò mi comanda il Re „ dire a V. S. Illuſtriſſima diſponga „ che il Conſiglio dica a qual legge „ è appoggiata queſta diſtinzione nel „ giudicare. Palazzo 26. di Dicembre „ 1759. = *Carlo de Marco* = *Signor* „ *Marcheſe Preſidente del Conſiglio.* = *Die 2. Januarii 1760. = Exequatur Regalis Ordo = Danza Præſes.*

Cete-

Cetera vide in *Pragmat. ſub tit. de Baronib. & tit. de Officialibus , & his quæ eis prohib.* & in *Collect. Diplom Gatt. part. 2. tom. 2. tit.* 74. *& part. 2. tom. 3. tit.* 89. & *Novar. de gravaminib. Vaſallorum cum Jacovetti.*

12 Verba autem §. *tranſcurſo decennio*, quem enunciat D. Rummi ſub *num.* 4. *pag.* 115. *col.* 2. deſumſi a *Reg. Tapia de jure Regni lib.* 4. *rubr.* 17. *pag.* 72. , quæ in gratiam Lectoris hic deſcribo.

„ Tranſcurſo autem decennio , ſi non denunciavit , nulla de cetero moveatur controverſia illis , qui poſſident ex aliquo contractu , vel ex donatione , vel ex teſtamento , nec ab illis , qui habent jus protomiſeos, nec etiam a Fiſco.



§. VI.

§. VI.

SCriptum est enim Græcorum legibus de Jure Protomiseos, ubi dicitur de termino, & fine ejus, qui jus ipsum habet, videlicet quod illi, qui in circuitu sunt confines secundum illam propinquitatem, quam ipsi habent, &, prope sunt in vendicatione, conjuncti, qui victoriam ipsius vendicationis habeant. In tali itaque ordine, ut qui habeant ipsam protomisim & non sunt in ipsa terra, sed in alia habent in vendicatione protomisim, in unius anni spatium; post annum vero nullam protomisim habeant. Si autem sint in ipsa terra, vel in ipso loco habeant protomiseos victoriam usque ad quatuor menses: ita tamen si fuerint a venditoribus sollemniter requisiti, & non renunciaverint emere.

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui a quibus introductum.*
Lex paulatim ex desuetudine labitur.
2 *Leges Princeps quas voluit obtinere.*
3 *Lex per non usum an tollatur, & quando.*
4 *Jus protomiseos ratione cujus vendicet sibi locum inter conjunctos.*
5 *Vicinus in jure congrui numquid compellatur emere plura corpora divisa uno pretio vendita.* num. *6.*
6 *Solutio particularis multa incommoda inferre potest.*
7 *Accessorium in venditionibus numquid sequi debeat principale.*
8 *Major pars in jure congrui an trahat ad se minorem.*
9 *Modicitas in rebus an veniat consideranda, & quid operetur.*
Transgressor in modico non vituperatur.
Feudum non perditur modico damno.
10 *Jus protomiseos in rebus non conjunctis cessat.*
Minima quando veniat in consideratione.
Et de modico quando attendatur.
11 *Terminus, qui datur præsentibus ratione absentiæ prorogatur.*
12 *Contrahentibus non licet pœnitere in vicini præjudicium, quando agitur de jure congrui.*
13 *Vicinus an habeat jus congrui contra evincentem.*
14 *Vicinus an possit habere jus congrui contra venditorem, pretio non dum soluto.*
15 *Jus congrui an transeat in emtorem?* num. 19. & 20.
16 *Victoriam habere dicitur, qui habet sententiam pro se.*
17 *Denunciatio in jure congrui debet fieri sollemniter.*
18 *Vicinus dupliciter juri congrui potest renunciare, & quomodo.*

HÆc est sexta pars principalis, in qua dicitur quod in legibus Græcorum de jure protomiseos cavetur, quod ille, qui habet jus congrui ratione vicinitatis, si est præsens in Civitate, ubi res venditur, vel in ipso loco habitat, ubi venditor res habet, quatuor menses ad petendum jus congrui a die requisitionis, & sic requiritur denunciatio secundum leges Græcorum: si autem ille, cui competit jus

jus congrui ratione vicinitatis sit absens ab illa terra, in qua est res, quæ venditur, tunc habet unum annum a die scientiæ ad petendum jus congrui, sed secundum istam legem currit annus a die requisitionis, & hoc verum, nisi fuisset vicinus requisitus, a venditore, si vellet emere, & ipse renunciasset; nam statim post renunciationem exclusus est a jure congrui, hoc dictum usque ad §. *item de ipsa*.

1 Nota primo ex *textu*, quod jus congrui est introductum, origine a Græcis, & sic est jus ab antiquo tempore introductum, immo etiam in veteri testamento de hoc jure cavetur, ut dictum fuit supra in *rubr.* in novissimis temporibus confirmatum præsenti Federici sanctione, & consuetudinibus, & statutis Civitatum communiter per Italiam servatur, ergo hæc lex in toto isto Regno Neapolis, quia ille Imperator fuit Rex hujus Regni & Jerusalem, & utriusque Siciliæ Dominus, ut dicit *Andr. in capit.* 1. *in princip. de cap. Corrad.* sunt tamen aliquæ Civitates in isto Regno, quæ non habent jus congrui, hoc est de consuetudine, & sic lex ista tollitur per non usum; ex desuetudine enim lex paulatim omnino pene cadit, usus hoc præcipiens in aliam transfert figuram, ut in *auth. de judic. in princ.* & facit bonus *text. in auth. ut ordo digni servet. in princip.* lex enim non utendo permittitur, ut in *auth. quib. mod. natur. efficiant. sui* §. *fin. & C. de repud. l. fin.* & ideo conquiescit, ut *Institut. de except. in fin.* & quod lex per desuetudinem obumbretur, voluit *text. in procem. Instit. in* §. *igitur*, &

2 ideo Princeps eas tantum leges obtinere voluit, quas vel judiciorum frequentissimus ordo exposcit, vel longa consuetudo urbis Romæ approbavit, ut *C. de veter. jur. enucl. l.* 1. §. *nulla itaque*, & hoc dicitur jus optimum, ut *C. de usur. l.* 1. unde concludo, quod lex ista tollitur per desuetudinem. Nam in Civitate Aversæ, ubi non servatur jus congrui, vel alibi, ubi nunquam fuit observata hæc lex, ibi non poterit allegari lex ista in judiciis, cum in judiciis allegata non serventur per jura allegata. Alias si per mille annos allegata non sit in judiciis, non per hoc abibit in desuetudinem hæc lex, quia interpellatione opus est. Nam sic inducitur consuetudo in contradictorio judicio, ut notatur in *cap. Abbate de verbor. signif.* id enim quod usitatum non est, fieri non potest, ut *ff. de aqu. pluv. arcend. l. si prius* §. 1. ita concludit *Luc. de Penna in l. prisco C. de palat. sacr. larg. lib.* 12. *in l. evidenter C. de excus. mun. & in l.* 1. *C. de collat. donat. lib.* 10. sed *Jacob. de Bell. in auth. de hered. &*

3 *falc. post princ.* in ista quæstione, an lex tollatur per non usum, sic distinguit per quinque capita: Et primo, aut lex non est servata, nec in contrarium observatur: Secundo, aut non est servata, sed semper in contrarium observatum: Tertio, aut lex aliquando est servata, sed malus usus eam transtulit in aliam figuram: Quarto, aut lex aliquando est servata, sed postea desiit frequentari, & cœpit tacite in desuetudinem abire: Quinto, aut lex est aliquando servata, sed bonus usus eam transtulit in aliam figuram. Primo casu lex nullo tempore tollitur, ut *C. de legib. l. leges. & de divers. rescript. l. falso*, 4. *distinct. cap. in istis*: Secundo casu sine dubio tollitur lex per consuetudinem, ut in *d.* §. *igitur*, *& in l. vetustissima C. de jur. domin. impetr.*: Tertio casu, quando malus usus eam transtulit in aliam figuram, eo casu tollitur per desuetudinem, ut in *auth. de judic. post princ.* sed in hoc distingue, ut

ut in *auth. nulli judicium* §. 1.: Quarto casu, & tunc etiam per desuetudinem tollitur, ut in §. 1. *in auth. de hered. & falc. & ff. de interrog. act. l.* 1. §. *interrogatoriis* : Quinto casu non tollitur per desuetudinem, sed per contrariam consuetudinem, ut notatur in *l. de quibus ff. de leg. & C. commun. præd. l. venditor* §. *si constat & C. quæ sit longa consuet. l. fin.* faciat *l. fin. de plag.* & hæc distinctio videtur esse etiam de mente *Cyni in l. rem non novam C. de judic.* & ex ista distinctione poteris colligere, in quibus locis servatur hæc lex.

4 Secundo nota ex *textu*, quod jus congrui vendicat sibi locum inter conjunctos ratione rei stabilis, non autem inter conjunctos ratione sanguinis tantum, & hoc expresse probat iste *textus*, ibi: dum dicit per confinem secundum ipsam propinquitatem, & ita etiam servatur in ista Civitate Neapolis, licet in aliquibus partibus Regni per statuta, seu consuetudines habeat locum jus congrui ratione sanguinis tantum, prout dixi supra, *in rubric. de privileg. sangu.*

Tertio nota ex *textu*, quod secundum leges Græcorum tempus quatuor mensium inter præsentes, inter absentes vero est annus, & currunt ista tempora a die requisitionis, secundum istum *textum*, qui expresse dicit: *Ita tamen si fuerunt a venditoribus requisiti.* Regulariter autem ubi expresse statutum, vel consuetudo non requirit expressam denunciationem, currit istud tempus a die scientiæ, ut de hoc plene dictum fuit in 2. §. *in* 1. *notab.* Et adverte, ne erres, quia iste *textus* non corrigit legem Federici, quæ statuit tantum triginta dies ad petendum jus congrui, quia illa lex servatur, ubi non est contraria consuetudo in termino, qui datur ad petendum jus congrui; nam ad consuetudines has referuntur consuetudines Græcorum, non autem quod illæ debeant servari, nisi ubi est talis consuetudo; qui enim declarat, vel alios refert, nihil de se facit, *l. heredes palam* §. *sed si notam ff. de testib.* Quidam tamen dicunt, præscriptio triginta dierum habet locum, quando facta est denunciatio, sed ubi non est facta denunciatio, tunc quatuor menses, vel annus currit a die scientiæ ad petendum jus congrui. Sed ego miror de istis, cum iste *textus* expresse dicat: *Ita tamen si fuerunt a venditoribus requisiti*, ut supra dixi.

5 Quarto nota ex *textu*, quod ille, qui est vicinus rei venditæ, potest petere illam rem jure congrui, sed hic dubitatur de pulchra quæstione, quam *Baldus* hic ponit. Quid si ego vendidi tibi domum existentem Neapoli, & terram existentem Aversæ pro uno pretio, puta pro unciis centum, vicinus domus vult emere jure congrui tantum domum, venditor dicit, aut totum emas, idest domum & terram, aut nihil: quæritur quid juris? Respondet *Bald.* quod videtur, quod vicinus non sit audiendus volens emere domum tantum, per illud generale, *aut totum admittendum, aut totum repudiandum, ut C. de jure deliber. l. quidam Eulogio ff. ad municip. l. cum quæritur in fin.*: Secundo pro hoc facit, quia domus, & terra unico pretio fuerunt venditæ, & sic est una venditio, merito non debet dividi particulari solutione; quæ particularis solutio multa incommoda afferre potest, ut in *l. plane ff. fam. ercifcund.* & notatur in *l. quidam æstimaverunt ff. si cert. petatur*: Tertio, quia dicit venditor, quod sua interest simul vendere domum, & terram unica venditione, quia alias separatim non reperiret emtorem terræ, argumento

to *l. 2. ff. fam. ercifcund. & l. nemo §. in feudo eod. tit.* nec ille emtor vult emere domum fine terra, argumento *ff. de in diem adject. l. quod fi uno pretio, & ff. de minorib. l. tutor §. 1. & ff. de ædilit. edict. l. cum ejufd. & ff. de folut. l. fi quis alium in princ.* merito videtur, quod vicinus non habet jus congrui, volendo folum domum emere.

6 In contrarium tamen eft veritas, quod vicinus poffit emere domum conjunctam abfque eo, quod compellatur emere terram, quia licet domus, & terra unico pretio funt venditæ, tamen plura funt corpora divifa, domus, & terra, quia tot funt res feparatæ, una ab alia, tot funt venditiones, argumento *l. fcire debemus ff. de verbor. obligat.* & pro hoc facit, quia fi plures fundi funt venditi unico pretio, fi evincitur unus fundus, ad illum unum agitur de evictione, ut in *l. cum plures ff. de evict.* fic in propofito noftro fi in una re vendita vicinus habet jus protomifeos, non eft dicendum, quod propter terram venditam, ad quam non habet jus protomifeos, nec illam emere intendit, quod perdat jus congrui ad domum, ne facto venditoris vendentis plures res unico pretio fiat præjudicium ipfi vicino habenti jus congrui a jure communi per iftam legem, quia beneficium conceffum a lege per privatum tolli non poteft, ut in *auth. nupt. §. non folum*, neque per alterum debet, in qua conditio alteri affertur, ut *ff. de regul. jur. l. non debet.* Nec obftant in contrarium allegata fecundum *Baldum* hic, quia illa habent locum, quando venditur una domus plura habens membra, & vicinus vellet partem illius emere jure congrui, tunc non admittitur, nifi ad totum aut ad nihilum, & fic quando venditur una res, vel

7 unum corpus cum pluribus accefforiis, non licet emere acceflorium fine principali, facit ad hoc quod notat *glofa in l. cum ejufdem ff. de ædilit. edict.* at nos loquimur, quando plura corpora feparata venduntur, licet unico pretio, unde licet una fit venditio refpectu pretii, tamen refpectu plurium corporum poffunt dici plures emtiones, & venditiones, quia pro fingulis poteft agi actione ex emto, *ut ff. de act. emt. l. fi uno*, & facit *d. l. fcire debemus*, & pro hoc facit, quia fi teftator unico contextu verborum plures res legat, tamen quot funt res, tot legata effe cenfentur, *ut ff. de legat. 2. l. 2.* & legatarius poteft unam repudiare, & alteram petere, quod fecus eft in una re tantum legata, quia non poteft partem petere, & partem repudiare, *ut ff. de legat. 2. l. neminem*, & fimilem diftinctionem facit in *cap. 1. in princ. quid fit inveft. in 4. notab.* in quæftione an fufficiat capere poffeffionem cujufdam rei feudalis, vel omnium rerum feudalium, de quo etiam per *Scribent. in l. 3. ff. de acqu. poffeff.* & fic concluditur, quod vicinus poteft petere domum fibi adjudicari jure congrui, abfque eo, quod compellatur terram emere.

8 Sed iterum quæro: pone, quod quis vendidit omnia bona fua. Ego peto me admitti ad emtionem omnium bonorum ipfius ratione alicujus rei ex ipfis mihi conjunctæ, fed emtor dicit recipias tantum rem conjunctam jure congrui, quæritur quid juris. Refpondit hic *Bald.* quod vicinus admittitur ad jus congrui folum ratione illius rei, quæ eft fibi conjuncta, & non ad alia bona vendita, quia iftud jus congrui eft jus reale, & afficit rem ipfam conjunctam, & non aliam non conjunctam, & Judex illam æftimabit, deducta æftimatione illarum rerum

rum venditarum in communi, ut *ff. de legat. 2. l. si quis ex ipsa*, & *l. qui solidum §. 1. eodem tit.* Sed ego quæro, quid si quis vendidit omnia bona sua stabilia, ita quod omnia sunt vicina fundis meis, præter unum fundum modici pretii, ego volo istum fundum, una cum aliis bonis ratione juris protomiseos, quod habeo ratione majoris partis bonorum venditorum; quæritur quid juris? videtur prima facie, quod etiam in illo fundo ratione majoris partis bonorum venditorum, in quibus habeo jus congrui, competat jus protomiseos, quia major pars trahit ad se minorem, argumento *cap. auditis §. ipse vero de elect. & in cap. 1. extr. de his quæ fiunt a major. parte capit. ff. ad municip. l. quo major*, & *ff. de pact. l. juris gentium §. fin. & l. majorem*, item, quia modica re non est curandum, nam licet post tempus non liceat purgare moram, tamen infra modicum tempus licet, ut in *l. si ita quis §. Seja ff. de verbor. oblig.* facit *l. potuit ff. locat.* item ubi res est pro-
9 hibita alienari, non tamen intelligitur modica res prohibita, ut notatur in *glos. in auth. de hered. & falc. l. hinc nobis in vers. substantiam*, & ibi dicit *Angel.* quod illa glosa facit ad statutum, dicens, quod nullus possidens apothecam possit capi personaliter, quod si aliquis possideat vilissimam apothecam, non gaudet commodo statuti, facit quod dicit *Baldus in l. 2. C. de rescind. vendit. in 2. quæst.* ubi dicit, quod qui parum transgreditur, non vituperatur, allegat *l. Aristo*, & *ff. de condit. & demonstrat. l. quamvis*, facit etiam, quod dicit *Bald. in l. sciendum*, & ibi *glos. ff. qui satisdar. cogant.* quod licet possidens stabilia relevetur ab onere satisdandi, non tamen relevatur possidens domunculam, vel cespitem terræ, accedit adhuc 12. *quæst. cap. terrulas*, & quod notat *Angel. in §. hac etiam in fin. in auth. de alienat. emphyt.* item si vasallus sciat domino imminere damnum, debet revelare domino, alias perdit feudum, tamen si non revelat modicum damnum, non perdit feudum, ut in *cap. 1. §. præterea*, & ibi dixi in 2. *notab. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* regulariter autem de modicis non curat Prætor, ut in *l. si post moram ff. commodati*, & ibi plene per *Jacob. Butrium*, qui ponit fallentias ad hoc.

Sed in contrarium facit, quod non habeat locum jus congrui in illa modica re, ratione majoris partis bonorum: Primo, quia ista res est separata ab aliis rebus vicinis, & in rebus non conjunctis non habet locum jus pro-
10 tomiseos per istam legem. Nec obstat, quod res est modica, quia etiam minimum est in consideratione. Nam servus dicitur habere peculium, licet minimum habeat, *ut ff. de ædilit. edict. l. si quis venditor in fin.* & facit ad hoc quod notat *Bald. in l. 1. C. quæ res export. non deb.* ubi dicit, quod ille, qui est prohibitus portare vinum, non potest portare unam phialam causa gustus. Ita quæstio potest terminari ex his, quæ notantur per *Paul. de Castro in l. quinque pedem C. finium regund.* ubi dicit: pone, quod dicat statutum, quod ille, qui habet prædium quatuordecim modiorum, juxta prædium alterius quatuor modiorum, possit compellere illum ad vendendum illud prædium quatuor modiorum, dummodo non sit prædium illud ultra quatuor modia; pone quod est ultra quatuor modia, forte esset quatuor modiorum, & quartæ partis unius modii, vel quintæ, utrum propter tam modicum cesset dispositio sta-

statuti? dicit ipse, quod sic, quia quando receditur a jure speciali, & acceditur ad jus commune, non curandum de modico, ut in *l. scio de in integr. restit.* Sed hic receditur a statuto, quod de jure speciali, & acceditur ad jus commune, quo jure nullus compellitur rem vendere, ut in *l. nec emere C. de jure deliber.* ergo a contrario sensu, si non receditur a jure communi, de modico est curandum, unde cum jus congrui sit jus commune, per istam legem dicendum est jus congrui, ratione aliarum majorum rerum venditarum, in quibus habet locum jus congrui. Secus ergo dicendum est, si per statutum permissum sit jus congrui, & hæc videtur ipsa veritas.

Quinto nota ex *textu*, quod secundum legem Græcorum præscriptio, per quam vicinus excluditur a jure congrui, est inter absentes unus annus, & inter præsentes sunt quatuor menses. Sed contra hoc oppono de Constitutione Regn. *duram consuetudinem de præscript.* ubi *textus* vult, quod in isto Regno sint cassatæ, & annullatæ præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, & illa constitutio fuit post istam. Nam ista lex fuit de primis legibus, quas ordinavit Federicus, merito videtur, quod jus congrui poterit peti etiam post annum. Similiter dicta constitutio tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ, quæ fuerant introductæ, per consuetudinem, non autem tollit præscriptionem anni, mensis, diei, & horæ, quæ fuerunt introductæ per legem. Sed hæc solutio non placet, quia sequeretur, quod si consuetudo, vel statutum esset, quod præscriberetur jus congrui per annum, talis consuetudo, vel statutum non valeret, quia consuetudo, quæ est ante, vel post constitutiones Regni contra aliquam Regni constitutionem non valet, ut dicit *glos. in proœm. constitut. Regni in fin.* & *notat Joan. Andr. in cap. 1. §. final. qualit. olim feud. alien. pot.* Quare solve melius, quod ibi tolluntur præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, per quas tollitur dominium, non autem sublatæ præscriptiones anni, mensis, diei, & horæ, per quas non tollitur dominium absque pretio, prout est in materia juris congrui, & hoc videtur, esse de mente *glos. in dict. Const. duram.*

11 Sexto nota ex *textu*, quod ratione absentiæ prorogatur terminus, qui datur præsentibus ultra medietatem termini. Regulariter autem prorogatur absentibus terminus usque ad medietatem, ut patet in præscriptione decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, ut in *Instit. de præscript. §. cum similib.* Sed huic absenti prorogatur per duos menses ultra medietatem termini, qui datur præsentibus.

12 Septimo nota ex *textu*, ibi, *in venditione*, quod liceat contrahentibus pœnitere in præjudicium vicini, si contractus venditionis erat perfectus, immo si postea emtor, & venditor pœnitentia ducti resolvunt contractum, poterit vicinus rem illam petere jure congrui, & hoc probat iste *textus*, qui simpliciter requirit contractum venditionis esse perfectum, ut vicino competat jus congrui, & nihil dicit, quod fallat, nisi pœniteat, & sic generaliter est intelligendus, ut *l. de pretio ff. de publ. cum similib.* & pro hoc facit bonus *text. in cap. 1. quid jur. si post alien. feud. vasal. id recup.* item quia in executionibus juris non est locus pœnitentiæ, *l. 1. §. si rem ff. depositi*, *l. rogasti ff. de præscript. verb.* & *not. 36. quæst. 2. cap. si quis non dicam rapere*, faciunt ad

ad hoc ea, quæ habentur in illa quæstione, si emphyteuta vendit rem irrequisito domino, & sic propter culpam perdidit rem, ut in *l. 2. C. de jur. emphyt.* An si postea pœnitentia ductus recuperat ipsam rem, sit excusatus a pœna, de quo per *Bart. in l. 4. §. idem Labeo ff. de usucap. & per Joan. de Imola in cap. si quis de reb. Eccles. non alien. & in cap. potuit de locat., & Bartol. in cons. suo 34.* incip. *absque longa, & in Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 96. & per Bald. in l. si quis non dicam rapere C. de Episcop. & Cler. & Salic. in l. fin. C. de jure emphyt. & Bart. in l. 1. Cod. de grege dominico lib. 12. & Bald. in l. fin. Cod. de rei vendicat. & in l. quoties ff. de hered. instit. & Petr. de Ancharan. in regula peccati venial. libr. 6.* & dixi in *cap. 1. §. item si delator, quæ fuit prim. caus. benef. amittend.* prædicta vero intelligo, si ex venditione translatum esset dominium in emtorem, licet possessio adhuc sit penes venditorem, quod potest esse, quando precario se nomine emtoris possidere constituit, ut notat *Bart. in l. 1. C. quando lic. ab emt. disced.*

13 Sed juxta prædicta quæro de aliquibus quæstionibus: Et primo, quid si venditur res, & antequam vicinus ab emtore evincat jure protomiseos, res evincitur ab alio ab ipso emtore, an contra illum, qui evincit, vicinus habeat jus congrui? Dic, quod non, sicut dicimus, quod quando res alienatur ex causa necessaria, puta per sententiam Judicis, non habet locum jus congrui, ut supra dixi in §. 3. eadem ratione, quando res evincitur, & possessio penes alium vadit, non competit jus congrui contra possessorem, quia alienatio est necessaria ex causa evictionis, sive res sit evicta per sententiam arbitri, qui ut Judex reputatur in *l. 1. ff. de arbitr.* sive per sententiam arbitratoris, cujus sententia habetur ut transactio, ut in *auth. ut differ. judic. post principium*. Et in transactione non habet locum jus congrui, ut in *§. 3. supra eod.* ergo &c. Sed quid si res venditur cum conditione, quod si vicinus petat jus congrui, res sit inemta, an habeat locum jus congrui? Videtur quod sic, quia talis conditio fuit apposita ad præjudicium tertii, scilicet vicini, & res inter alios acta tertio non præjudicat, facit bonus *text. in l. balneum, l. qui potior ff. qui potior. in pignor. habeant.* in contrarium videtur, quod talis venditio pendet ex futuro eventu, scilicet, quod si vicinus non petat jus congrui, tunc res sit vendita; sed si petat vicinus, sit ipso jure resoluta. Potest autem fieri venditio sub conditione, ut *Institut. de emt. & vendit. §. pen.* item quia potest fieri venditio ad arbitrium tertii, ut *l. fin. C. de contrah. emt.* & hanc partem puto veriorem, per *textum in l. si hominem ff. de usufruct.* ubi videtur decisio hujus quæstionis.

14 Item quæro de illa quæstione: pone dicit statutum, quod si venditor non solvit gabellam, non possit petere pretium, accidit, quod quidam vendidit domum emtori, quæ mihi conjuncta est, venditor non solvit gabellam, emtor petit sibi domum tradi virtute emtionis, ego vicinus peto eandem domum mihi tradi jure congrui; dicit venditor, quod ipse non tenetur ad tradendum emtori, quia pretium nondum solutum est, nec ad pretium potest agere vigore statuti, & non est conveniens, quod emtor habeat rem, & pretium, argumento *l. 1. C. si servus ext.* & sic liberato uno

uno ex contrahentibus, hoc est ipso emrore a solutione pretii, alter scilicet venditor effectualiter non tenetur ad tradendum, ut in *l. bona fides ff. de action. emt.* item dicit venditor, quod ipse non tenetur vicino ad tradendum jure congrui dictam domum, quia contractus est resolutus inter eum, & emtorem; tamen hoc non obstante videtur dicendum, quod venditor tenetur ad tradendum ipsi emtori, & emtor non tenetur solvere pretium ipsi venditori, vigore statuti, & hoc in terminis nostris format *Bald. in l. mortis casus Cod. de peric. & commodo rei vendit.* & consequenter habebit locum isto casu jus congrui. Sed dubium stat in hoc, cui ipse vicinus teneatur solvere pretium venditori, an emtori: & certe si pretium solveretur emtori per vicinum, emtor lucraretur cum aliena jactura, quia haberet rem, & pretium duplicatum, contra *l. nam hoc natura ff. de condiction. indeb.* unde videtur mihi æquius, quod debeat solvi pretium per vicinum venditori, si res nondum sit tradita emtori; sed si tradita sit emtori, tunc pretium solvetur emtori per vicinum, & venditor ad illud pretium aget; non quidem ad illud pretium conventum, quia illud non potest petere vigore statuti, sed ad illud pretium, quod habuit occasione rei suæ a vicino, ad quod statutum non se extendit, sed intelligitur de pretio, quod debeat solvere ipse emtor. Nam statutum est stricti juris, & propterea venit stricte intelligendum, secundum doctrinam *Bartol. in l. omnes populi* in materia statutorum *ff. de justit. & jur.* quia illud, quod occasione rei meæ ad te pervenit, meum est, *l. hæc conditio, & d. l. nam hoc natura, & l. indebiti ff. de condict. indeb.* & hæc opinio sapit maximam æquitatem.

15 Item quæro: quidam emit domum, & postea ego emi aliam domum collateralem illi domui primo emtæ: an ego habeo jus congrui ad illam domum primo emtam. Videtur, quod non, quia ego emi ultimo loco, ille primus emtor aget jure congrui contra me; in contrarium facit, quia si ille, a quo ego habeo causam poterat agere cóntra illum primum emtorem jure congrui, illud jus transit ad emtorem, ut in *l. dolia cum concordant. ff. de contrahend. emt.* & hoc verum procedit, quando ille, a quo causam habeo, poterat exercere jus congrui, secus si non poterat exercere jus congrui, puta quia venditor esset Ecclesia, vel Fiscus, vel etiam Rusticus, qui non habent jus congrui, ut in *§. fin. infra eod.* & ibi dicetur. Nam tunc ex quo venditor non habet jus petendi jus congrui, non potuit illud transmitti; quia nemo transmittit quod non habet, ut in *l. 2. C. de leg. & in l. traditiones ff. de acquir. rer. domin.* Sed si Ecclesia emit ab illo, qui habet jus congrui, certe illud jus congrui non transit in Ecclesiam, licet ille, a quo habet causam Ecclesia, poterat uti jure congrui, & hoc ideo, quia Ecclesia prohibita est uti jure congrui, sive vendat, sive emat, per istum *text. in fin.*

16 Octavo nota ex *textu*, ibi: *victoriam*, quod ille, qui habet sententiam pro se, dicitur habere victoriam: quod patet, quia quando vicinus jure congrui obtinet domum conjunctam, videtur habere victoriam, sic etiam Advocatus, quando vincit in causa, dicitur habere victoriam *, sicut miles, quando vincit in prælio, cum advocatus militi armorum æquiparetur, ut in *l. advocati Cod. de advoc. diverſ. jud.*

Nono nota ex *textu*, quod præscriptio

ptio temporis excludit vicinum a jure congrui, de quo dictum fuit in §. 2. *supra eod. in 4. notab.*

17 Decimo nota ex *textu*, quod requisitio, seu denunciatio, quæ est necessaria in hoc jure congrui, secundum tenorem hujus Constitutionis, debet fieri sollemniter, quia textus iste dicit: *Sollemniter requisiti*, & sic non sufficit sola scientia, quia ubi in denunciando requiritur certa forma, tunc semper denunciatio est de substantia, nec sufficit sola scientia, ut in *d. l. denunciasse ff. ad leg. Jul. de adult.* ista sunt verba *Baldi* in materia denunciationis in *l. post perfectam C. de peric. & commodo rei vend.* & de hoc fuit late dictum in §. 2. *supra eodem in* 1. *notab.* & ista sollemnitas consistit in hoc, quia debet volens vendere requirere vicinum ante venditionem, si ipse vult solvere justum pretium illius rei vendendæ vel pretium, quod ab alio invenit, alias vicino non currit tempus ad petendum jus congrui, nisi a die denunciationis, & si denunciatio fuit facta post venditionem ad finem inducendi præscriptionem, tunc debet dicere ipse emtor, vel venditor vicino qualiter factus fuit contractus venditionis talis fundi pro tanto pretio, & a die prædictæ denunciationis currunt illi triginta dies secundum legem Federici, vel secundum consuetudinem Græcorum currunt illi quatuor menses, vel annus, prout dictum est *supra in* §. 1. *in* 1. *notab.* & quæ ibi dixi, hic repetenda non sunt.

18 Undecimo, & ultimo nota ex *textu* in finalibus verbis, quod dupliciter potest vicinus renunciare juri congrui, scilicet tacite, & expresse: Tacite, cum permisit labi tempus, in quo non potuit agere jure congrui: Expresse, quando renunciat per pactum, puta quia promisit emtori non uti jure congrui contra eum. Sed quid si vicinus promisit venditori, quod ipse non aget jure congrui contra emtorem futurum, an emtor possit postea se juvare ex illo pacto? videtur, quod sic; quia fit accessus de venditore ad emtorem, ut in *l. de accessionibus ff. de divers. & tempor. præscription.* & est bonus *text. in d. l. dolus* §. 4. *ff. de contrahend. emt. & ff. de pact. l. si tibi* §. *pactum*. Sed in contrarium facit *l. stipulatio ista* §. *alteri ff. de verbor. obligat.* ubi alteri stipulari nequit. Solvitur: ergo pactum de jure congrui non utendo est reale, & ideo transit cum ipsa re, non obstante, quod factum sit cum sua causa, ut *ff. de pignor. l. pignoris, ff. de pignerat. act. l. si convenerit* §. *si fundus*, & *C. de distr. pignor. l. si debitor*, *cum similib.* Vide de hoc & quæ dixi supra in §. 1. *in num.* 10. Sunt autem multi casus, in quibus valet stipulatio facta alteri, & ille tertius ex illa stipulatione potest agere, de quibus per *Bart. in d. l. stipulatio ista* §. *si stipulor ff. de verbor. obligat.* Sed quæro, quid si promisit non movere quæstionem super tali domo, an poterit postea agere jure congrui contra emtorem ejusdem domus; dic, quod non, argumento *dict. l. stipulatio ista* §. *si quis forte*, ubi dicit *Angel.* quod ille, qui promisit non movere controversiam super domo, non poterit eam movere super ususfructu, vel alio jure: & sic pondera istud verbum *vel alio jure*, quia per consequens videtur comprehendere jus congrui.

19 Ultimo quæro, quidam volens vendere quandam domum, requisivit vicinum, si vellet emere, quia reperit emtorem, si ipse vicinus non vult emere. Respondit vicinus placet, quod denunciasti: ille qui fecit de-

denunciationem non expectatis triginta diebus, vendidit alteri, & ille vicinus porro intra triginta dies vendidit domum suam alteri, tunc intra hoc tempus iste novus emtor, qui emit ab isto vicino, cui competebat jus congrui, vult petere domum jure congrui, dicens quod facta fuit accessio jure congrui de venditore ad emtorem; ille extraneus emtor dicit, quod non tenetur ad tradendum jure congrui, quia eo ipso, quod vicinus vendidit rem, videtur renunciasse tacite juri congrui, quia non habet intentionem habendi bona stabilia in illo loco, ex quo sua vendidit in illo loco, cum nemo præsumatur in continenti contraria agere, argumento *l. nam ad ea, cum similib. ff. de condit. & demonstrat.*, & sic illa renunciatio fuit realis, consequenter transit in ipsum emtorem.

20 Quæritur, quid juris sit. Breviter respondetur, quod per venditionem non videtur quis renunciare juri suo protomiseos, quod jam competebat, quia illud jus congrui videtur tacite vendidisse una cum ipsa re, *per dict. l. dolia, cum similib. supra allegat.* ergo poterat agere jure congrui contra illum, qui emit intra terminum triginta dierum; secus si post terminum emisset: nam tunc præscriptione venditor, & emtor rei venditæ, essent exclusi a jure congrui; & hoc etiam videtur esse de mente *Baldi hic in 2. columnn. & Dom. Sebast. in 1. consuetud. Civit. Neap. de jure congrui in vers. emit*. Et hæc omnia dicta in præsenti Constitutione Græca veniunt per modum additionis ad textum præsentis legis Domini Federici Imperatoris.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Græca an concordet cum Constitutione nostra Latina, & in quo differat.*
2 *Constitutio Federici in Regno Neapolitano recepta est.*
3 *Unaquæque Provincia firmiter servat sua statuta.*
4 *Concurrentibus Statuto, & Consuetudine, cui standum.*
5 *Lege deficiente, decurritur ad Consuetudinem.*
6 *Lex an per desuetudinem tollatur, & quando.*
7 *Lex quando sublata dicatur per contrarium usum.*
8 *Princeps vult id, quod ordo judiciarius exposcit.*
9 *Princeps legibus derogare potest, & quare.*
10 *Leges Romanorum quare in Regno serventur.*
11 *Princeps dominus legum, non morum dicitur.*
12 *Princeps in dubio præsumitur velle quod lex mandat.*
13 *Princeps utitur plenaria potestate, quando mandat, ut vicinus præferatur.*
14 *Jus congrui in Civitate Aversæ an servetur, & decisio affertur* num.
16 *similiter, & alia contraria.*
15 *Laudes Domini Judicis Caroli de Amato.*

NOta ad §. sextum, quod id quod habetur in hoc §. 6. est per modum additionis ad præsentem *Constitutionem Sancimus*, & ad ea, quæ disponit superius in ea Imperator; nam *Afflict.* ait in *fin. præced.* §. 5. quod finiunt verba *Federici in dict.* §. 5. & sequuntur Græcæ Constitutiones,
1 in quibus aliter disponitur circa ordinem jus congrui, ac in præsenti Constitutione; neque dicendum, quod per præsentem Græcam Constitutionem cor-

corrigantur antecedentia per *Constitutionem Sancimus* dicta; nam absurdum esset, secundum *Scribent. hic*, & in specie per *Rendellam in vers. Graecorum legibus num.* 2. & ideo additionaliter ponuntur hic, non autem sunt observanda; nam tantum apud Graecos vigent, aliisque in locis, secundum *Afflictum nostrum in loco supra citato*, & in S. R. Consilio servandum est
2 id, quod supra dictum est per praesentem nostram Constitutionem, & in Civitate servandae sunt consuetudines nostrae in scriptis redactae sub *tit. eo-*
3 *dem de jure congrui*, unaquaeque enim Provincia, ac Civitas suas servare debet consuetudines, ac statuta, *cap. jejunium 80. distinct. in fin. cap. contra veritatem, eadem distinct. cap. contra morum 54. in fin. de testib.* & quando
4 carerent statutis, & consuetudinibus, tunc non ad statuta, ac consuetudines locorum convicinorum est recurrendum, sed ad id, quod in Regno, ubi situata est ipsa Provincia, vel Civitas, disponitur, *text. in l. de quibus*
5 *ff. de legib.* eoque deficiente, tunc recurrendum est ad legem municipalem, *l. vendit. §. si constat ff. commun. praed.*

Ad id autem, quod *Afflict.* ait in hoc *primo notab.* videlicet, quod sunt aliquae Civitates, quae per non usum tollunt a se hoc jus protomiseos, ac
6 in eis non servatur. Adde, quod nunquam per desuetudinem lex tollitur, quando lex est scripta, sed per solam contrariam consuetudinem, ita *Cyn. & DD. in l. fin. C. de jure dominii impetrando, glosa, & DD. in procem. Institut. Civil. in §. penultim. glosa, & Bart. in l. de quibus ff. de legib. Bald. in l. receptitia C. de const. pecun. Afflict. hic in 2. cap. distinct. ver. 2. casu, Alexand. cons. 136. n. 19. volum. 2. Caravit. in rit. 259. n. 6. & in rit. 182. num.* 1. immo nisi contrarius usus probetur, nunquam lex ablata praesumitur, *Paris. in cons. 80. Curt. cons. 113. Mascard. in conclus. 1286. num.* 50. immo lex, & dispositio ipsius nunquam tollitur per non usum, etiamsi per mille annos casus ejus
7 minime eveniant, nisi per desuetudinem, vel contrariam consuetudinem, secundum *glosam in dict. cap. extra de tregua & pac.* quam idem *Caravit.* allegat in *commentar. ad Pragmat. tit. ad Senatusconsult. Macedon. in §. 12.* incip. *vel fuerint num.* 42.

8 Ad id, quod Princeps semper vult, quod frequentissimus ordo judiciorum exposcit, vel quae per consuetudinem approbata sunt, ut inquit *Afflict. hic*
9 *n.* 2. Nota, quod Princeps etiam legibus derogare potest, nam omnis legum potestas est in suo schrinio pectoris reservata, ita *Covarr. variar. resolut. cap. 6. lib. 3. num.* 10. *Molina de primogen. Hispanor. lib. 4. cap. 3.* ubi per multos numeros & signanter in *n. 37. Surd. dec. 2. num. 12. Fontanell. de pactis clausul. 4. glos. 5. num.* 19.
10 *&* 20. ideo in Regno utimur legibus Romanorum, nam ita dispositum per tacitum Principis consensum, & juribus Regni deficientibus, secundum Romanorum jura est judicandum, ita per *Afflict. in 20. quaest. in praejudiciis ad commentar. Constitut. Regni*, dummodo justa sint, ac rationabilia, secundum *glosam in cap. inter cetera 16. quaest.* 3. ut apud eumdem nostrum *Afflict. num. pen. hic, & per Alvarott. Velasq. in consult. 150. num.*
11 20. & quod Princeps dicitur Dominus legum, non autem morum, videas *Barbosam in cons. 56. vol. 2. & in cons. 9. col. 7. voluminn. 4.* ipse enim subditis tantum suis leges potest imponere, *Bald. in l. 1. C. de Summa Trinit. & Fide Cathol. Paris. in*

in tract. de reassumt. instrument. in rubr.
12 8. *num.* 7. & in dubio Princeps an præsumatur velle ea, quæ leges volunt, ac mandant, vide *Cacheranum in decis. Pedemontan.* 170. *num.* 5. immo nunquam præsumitur jactare leges suas, ita apud *Afflict. nostrum in decis.* 307. *num.* 23. Præterea Princeps potest uti plenaria potestate, quando mandat, ut præferatur vicinus, vel consanguineus, vel subditus in emtione alicujus rei proprietatis; nam si hoc per consuetudinem permittitur,
13 eo magis per Principem, qui habet plenariam potestatem, ut præferatur vicinus, vel consanguineus, ita apud *Tiraquel.* late *de retract. in præfation. num.* 12. 13. & 14. *Thesaur. dec.* 91. qui refert eundem *Tiraq. & alios.*

14 Sed in Civitate Aversæ, ait *Afflict.* non servari jus congrui, vel alias, vel nunquam fuit servatum, sicut neque in Civitate Capuæ (ut audivi) & ibi non potest allegari Constitutio ista, ait ipse, cui adde *Dom. Præsid. olim Regiæ Cameræ Summariæ Agnellus de Amato* Jurisprudentiæ doctissimus, atque olim primæ classis causarum Patronus in S. R. C. pater meritissimi
15 *D. Caroli de Amato J.U.C.* & Judicis tunc Magnæ Curiæ Vic. in civilibus, qui Abavus, & Proavus extant JC. Neapol. D. Dominici de Amato, nostræ deliciæ, qui in quadam Parrocchiali Eccl. Civitat. Ravelli Gentilitium de *Amato* Sacellum ab Anno 1517. Immaculatæ B. M. V. Conceptioni Sacrum restituit, adornavit in publicum Posteritati testimonium, etsi elingue, non excors hoc anno commendavit; qui effatus D. Agnellus super hoc scripsit in causa in eod. S. R. C. vertente inter Dom. Felicem de Rogerio cum illis de Roppulo, cujus decisionem refert *Dom. Reg. Carolus Tapia una cum allegationib. ejusdem D. de Amato, in 4. vol. Juris Regni in tit. de jure congrui n. 13. cum sequentib. ibid. impress.* & aliam consuetudinem
16 adesse in dicta Civitate Aversæ, ut dos sit mariti statim suscepta prole, de qua testatur *Pater Molfesius in cons.* 28. *n.* 10. & an lex tollatur per non usum, sicut hic quærit *Afflict.* adde *glosam in cap.* 1. *de tregua & pace & Decium in cons.* 649. *n.* 9. ut apud *Gratianum in discept. forens. cap.* 228. *n.* 59. *& eumdem in decis.* 14. dicentem, *quod lex non abrogetur per non usum non habentem non contrarium usum; nam requiritur, ut non usus habeat in se contrarium usum.* Hæc ille, de hoc etiam testatur *Nuncius Pelicia in Consuetud. Aversæ, in tit. de jure congrui, in n.* 76. *cum sequentib.* citatus a *Dom. de Thoro in supplement. decision. Neap. in verb. jus congrui*, ubi refert, quod neque in Terra Summæ datur jus congrui, & sic fuisse decisum in Sacro Reg. Consilio de anno 1574. sed si non habet locum jus congrui in his locis per *Consuetud. nostram Neap. in tit. de jure congrui*, an habeat locum præsens *Constitutio Sancimus*, affirmative refert decisum *de Thoro* in loco supracitato *fol. mihi* 324. in causa relata per *Dom. Reg. Capyc. Latro in consultat.* 98. *lib.* 2. *consultat. & per eundem de Thoro part.* 3. *in verb. jus congrui*, & confirmatur per *Rendellam in rubr. tract. de jure protomis. num.* 17. ubi sic etiam fuisse judicatum, ut apud *Vivium in sylva commun. opinionum opin.* 832. *& apud de Amicis cons.* 1. *ad* 3. tam in Magna Curia Vicariæ, quam in Sacro Reg. Consilio Neapolitano, ut ipse ait *n.* 20. ubi jus congrui in aliquibus locis locum non habet, nec præsens Constitutio propter eorum consuetudines, & specialiter in Civitate Aversæ, ut in *vers. de Aversa eod. num.* 20. *cit. loc.* ipse ait.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Parentes qui dicantur.*
2 *Consanguinitas sola non sufficit, nisi concurrat vicinitas in jure protomiseos.*
3 *Conjuncti qui dicantur.*
4 *Consanguinitas sola an sufficiat pro jure protomiseos consequendo.*
5 *Propinquorum, & suorum appellatione qui continentur.*
6 *Propinqui qui dicuntur.*

AD 2. Notab. in *textu* ibi, *secundum ipsam propinquitatem*, adde, nam Imperator dicit in hac *Constitut.* hoc jus congrui competere (*ut in principio Extravagant.*) hæc asserens : Primo
1 parentibus, quod intelligitur de Parentibus, qui non solum sunt nobis conjuncti per sanguinis conjunctionem, verum etiam per rei conjunctionem, sicut expresse ait *Afflict. hic in vers. item quæro n. 36. notab.* 10. & per nos *ibid. in annotat.* ideoque immerito arguitur a *Benedell. in eodem tract. de jure congrui in princ. Constit. in vers. necessarii in primis num. 4.* ubi inquit, mirari de tanto viro in jure versatissimo, qui tam oscitanter in scribendo se gessit, allucinando in re non admodum ambigua, immo graviter *Afflict.* errasse ait, gaudens se invenisse virum apprime doctum hoc idem secum sentientem contra Afflict. idest *Josephum Cuman. super Ritib. Siciliæ ut in rit.* 106. qui similiter refert, *Afflict.* eodem morbo laborasse (sed salva ipsorum pace) contrariam tenet hic *Afflict.* ut ex eis verbis in hoc Notab. & in *cit.* §. 1. *vers. & quæro n. 36. in verb. in contrarium*, ubi clare per hæc verba sequentia : *Et oportet ut duo concurrant ad hoc ut consanguineus, & conjunctus rei, quia duo vincula habens, excludit unum habentem, idest vicinum alterum extraneum.* Opitulatur mihi *Prosp. Rendell. in tract. eod. in primis in verb. parentes num.* 12. qui defendendo *Afflict.* ait, non meruisse argui, & sic excusari *Afflict.* nam & sic exponit ipso uno modo textum hunc, ut conjuncti, & omnes alii consanguinei qui sunt, intelliguntur de conjunctione sanguinis; nam, ut bene arguit, conjunctorum appellatione in dubio veniunt conjuncti secundum naturam, & non per accidens, idest per vicinitatem, attamen firmat contrarium ex eodem hoc textu deduci, & accipi conjunctos ad effectum prælationis jure congrui, qui ultra naturalem conjunctionem sanguinis, & rerum, etiam vicinitatem habent, & sic idem *Afflict.* pluries fuisse determinatum refert, & in *cit. loc. ut supra num. 36.* Hæc *Rendel.*

2 Immo idem *Rendel.* loco supra citato ait, *Afflict.* nostrum tenere, non sufficere solam consanguinitatem ad obtinendum congruum, verum non conjunctionem rei, ac confinium, ut in eodem *n.* 4. & hoc ex eodem nostræ *Constitution. text.* quæ loquitur de consanguineis, qui conjuncti sunt ratione rei stabilis, quomodo ergo sic acriter eum reprehendit? in *d. n.* 4. ait idem *Rendella in cit. loc. ut supra num.* 11. *versic. qui sunt.*

3 Conjuncti qui dicuntur, habetur in *text. in l.* 1. §. *fin. ubi Bart. ff. de postulando, & in cap.* 1. *de procuratorib. cap. coram de offic. delegati, Abb. in cap. cum M. Ferrariensis de Constitut. col.* 2. *vers. non semper*, & pro conjunctis veniunt omnes usque ad gradum successibilem, secundum *Innocent. in cap. nonnulli col.* 2. *de rescript.* ut etiam idem *Abb. Panormitan. in* §. *sunt & alii column. ultim. in princip. vers. & dubitatur in dict. cap. nonnulli, ita Cyn. & Salyc. in l. exigendi Cod. de procurator. Bald. in d. l.* 1. *C. qui accus.*

non

non possunt, *Imol. in l. ex facto* §. *si quis rogatus ff. ad Trebell.*

4 Sed tamen non omittam, quod de jure communi sufficit tantum jus consanguinitatis, ut in aliquibus locis, secundum *textum in l. si emtionem ff. de minor. text. in l. Imperator ff. de pact.* sicut etiam tenet hic *Afflict.* noster, videas *Bart.* §. 4. *num.* 3. & *num.* 8. ad hoc jus congrui obtinendum attenditur non tam sanguinis conjunctio, verum etiam & rerum stabilium, sicut etiam ex legibus Græcorum disponitur, ut in *Constit.* præsenti videas, quod refert *Rendel. in hoc eodem* §. *in vers.* 13. *in fin.* motus auctoritate *Ciceronis* dicentis, ut in Quinto Roscio, ibi: *habet plura prædia, neque tamen unum, nisi præclarum, & propinquum.*

5 Ad sciendum qui veniunt propinquorum, ac suorum appellatione, videas *Marantam in* 6. *part. principali sui specul. in princ.* dum tractat materiam inquisitionis *num.* 62. *Clarum in pract. crimin. quæst.* 14. *vers. nolo etiam.* Immo jus hoc congrui cessare, si res vendatur uni propinquorum, secundum *Guid. Pap. in decis.* 602. *Alexand. ad Bart. & ad textum in l. suggestioni Cod. de verborum significat. in verb. propinqui*;

6 & si vir, & uxor dicantur propinqui, vel ne, & si statutum loquens de propinquis, de quibus intelligatur, videas *Bart. in l.* 1. *num.* 1. *C. unde vir & uxor*, & qui vere dicantur propinqui, videas *Molinam de primogenit. Hispanor. lib.* 1. *n.* 14. *cap.* 4. & qui proximus præsumatur, idem *Molina ubi supra cap.* 8. *lib.* 3. *n.* 11. & diffuse apud *dict. Benedell. loc. supra citato in præced. notab.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Tempus datum ad retrahendum interpellat.*

2 *Tempus petendi jus protomiseos a quo die incipiat secundum Constitutionem Græcam, & Latinam.*

3 *Qui addit, nihil de novo facit.*

4 *Judicandum est prius secundum Constitutionem* Sancimus, *& Consuetudinem, quam secundum jus commune.*

5 *Allegans consuetudinem, illam probare tenetur.*

6 *Recurrendum an in dubio sit ad consuetudinem regionis.*

7 *Judicandum est in dubio, quod in feudis vivatur jure Francorum.*

8 *Extensio facienda est de casu ad casum, quando militat eadem ratio.*

9 *Consuetudo regionis semper servanda est.*

10 *Praxis, & stilus Curiæ semper allegari potest tanquam jus.*

AD 3. notab. videas ea, quæ in 1. *notab. supra in* §. 2. adnotavimus, scilicet de cursu temporis a die scien-

1 tiæ; ut requisitio expresse non requiratur; nam tempus datum ad retrahendum interpellat, ita *Boerius decis.* 47. *n.* 6. juxta vulgatum *textum l. in magnam*, quia emtor debet inspicere, & cogitare, ita *Gratian. discept. for. quæst.* 956. *n.* 38.

2 Ad id, quod per *Afflict. hic* exprimitur de tempore petendi congruum, videlicet, quod apud Græcos est tempus quatuor mensium, & incipit currere a die requisitionis; dic, quod in hoc concordat cum præsenti *Constit.*; discrepat autem in tempore, nam tempus *Constitutionis nostræ* est triginta dierum, neque hoc tempus corrigitur per illud, nam in Regno est servanda *Constitutio*, ejusque tempus attendendum, nec per *Imperatorem Federicum* fuerunt insertæ hic tales *Constitutiones Græcæ* ad militandam istam *Constitutionem Sancimus*; sed eas posuit tantum per mo-

3 dum addendi; & qui addit, nihil de novo facit, argumento *l. heredes palam* §.

4 *sed si totam*; prius enim est judicandum, si casus acciderit, secundum præsentem *Constitu-*

ſtitutionem, ac ſecundum conſuetudinem Civitatis ſeu locorum, deinde vero ſecundum jus commune, ut diſponitur in *Conſtit. Regn. ut univerſis & ſingulis. tit. de nobilibus conveniendis*, maxime ſi conſuetudines ſunt in ſcriptis, juxta *textum in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, & cap. 1. de reſcript.*, & alia lex in illo loco, ubi viget
5 conſuetudo, allegari minime poteſt, alias illam allegans, tenetur probare, ait *Maſcard. in concluſion. 68. num.22.*
6 & in dubio an ſit recurrendum ad conſuetudinem regionis, videas *textum in l. ſi ſervus plurium §. fin. de legat. 1. cap. certificari de ſepultur. Dom. de Anna. in allegat. 104. num.22. per textum in l. vel univerſorum ff. de pignerat. act.*
7 *cum ſimilib. alleg.* & in dubio judicandum eſt, quod vivitur in feudis ſecundum jus Francorum, *Anna in ſingul. 692.* ſic etiam in dubio in ſtatuto ju-
8 ris congrui; quando militat eadem ratio, ſemper eſt facienda extenſio de caſu ad caſum, *Gratian. de jure congrui*
9 *diſcept. forenſ. cap. 903. n.16.* & quod ſemper ſit attendenda regionis conſuetudo, notatur *in l. ſi de interpretatione 36. l. non Imperator 37. ff. de legib. gloſa in l. nemo judex 13. in verb. magiſtratus C. de ſentent. & interlocut. omnium Judicum*, & ſecundum obſervantiam
10 eſt judicandum, & praxis, & ſtilus Curiæ eſt attendendus, nam conſuetudo, & longævus uſus cauſarum poteſt allegari tanquam jus; & quod habeatur pro lege, & ab ea non eſt recedendum; & quicquid agitur contra, non valet, de quibus plura apud *Grat. in diſcept. for. c. 745. n. 22. 23. & 24.*

SUMMARIUM.

1 *Univerſitati an competat jus reducendi ad demanium, refertur deciſio.*
2 *Quot ſunt res diviſæ, tot ſunt venditiones.*
3 *Sententiæ tot ſunt, quot & res.*
4 *Venditio ſeparata dicitur, quando res eſt ſeparata.*
5 *Venditione plurium rerum facta, ad partes devenitur.*

1 AD 4. Notab. adde *gloſam Napodani*, hoc idem dicendum in *gloſ. domum in conſuetudine 1. de jure congrui num. 18.* qui concordat cum *Afflict. hic*; videas etiam *de Franchis in deciſ. 17. n. 22.* ubi refert, in Sacro Regio Conſilio fuiſſe dubitatum in cauſa Univerſitatis Polignani cum Magnifico Julio Carafa, ubi ad relationem Regiæ Cameræ Summariæ, relatore D. Aloyſio Antonio de Caſtillo Præſidente ejuſdem Regiæ Cameræ Summariæ, fuiſſe dubitatum an competeret dictæ Univerſitati Polignani jus ſe redimendi, & ad demanium ſe reducendi, ſtante venditione facta non tam de dicta Terra Polignani, verum etiam aliarum Terrarum unico pretio dicto Julio emtori, dum unica erat venditio, & unicum erat pretium, & tandem Partibus auditis, fuit judicatum ad beneficium Univerſitatis Polignani, patrocinante pro dicta Univerſitate tunc in tempore eodem doctiſſimo viro *Dom. de Franchis*, ubi ipſemet *de Franchis* allegavit eaſdem doctrinas *Baldi*, & *Afflict. noſtri hic*, ſicut in eadem *ſupracitata deciſione* refert, *una cum Jaſone, & gloſ. Pariſienſ.*, & confirmatur opinio *Afflicti noſtri*, ſcilicet ut vicinus non poſſit adſtringi ad emendum omnia, quia res ſunt ſeparatæ, licet ſub unico pretio ſint venditæ,
2 & diviſæ: nam quot ſunt res diviſæ, tot ſunt emtiones, ut ait *Afflict. in*
3 *deciſ. 218. in fine*, ubi inquit, tot eſſe ſententias, quot & res, ut in *num.*

num. 4. per *textum in l. scire debemus, ita Dec. in cons.* 344. *num.* 3. ubi plura, adnotat circa materiam hanc, allegando *Socin. junior. in cons.* 63. *lib.* 1. *num.* 10. *Carol. Ruin. cons.* 26. *num.* 5. *lib.* 4. *idem Carol. Ruin. in d. cons.* 26. *num.* 3. *lib.* 4. *Alex. in*
4 *cons.* 513. *num.* 3. quæ res cum sint separatæ, etiam separata dicenda est earum venditio, argumento *text. in l. si matris C. de donat. inter virum & uxorem*, *glos. in dict. l. si maritus in verb. separata*, *cap. item cum*, *& glos. super verb. objicit extr. de rei spol. per textum in cap. inquisitioni de appellat.* & videas *Boerium dec.* 73. *n.* 4. *& decis.* 251. quam allegat *Dom. Episcop. Ricc. in collectan.* 2300. tamen pro his dictis videas *Tiraquell. de retract. consanguinit. fol.* 120. *num.* 17. ubi multa cumulat, ac etiam in *tit. de retract. lignag.* §. 23. *glos.* 1. *&* 2. & videas *Gratian. disceptat. forens. cap.* 745. *num.* 68.

5 Et quando facta mentione plurium rerum deveniatur ad partes, videas *Raphael. Cuman. in cons.* 91. *ver. ad secundum*, *& Ferroneum in consuetud. Burgund.* 4. *de retract.* §. 3. qui per *textum* movetur in *l. fistulam* §. *qui fundum ff. de contrahend. emt. & vendit. Tiraquell. de retract. consanguinit.* §. 23. *glos.* 2. *n.* 9. & omnino *Benedell. eodem tract. in rubr. præsentis Constitutionis num.* 55. *& ad princ. Constitutionis num.* 182. *fol. mihi* 31.

SUMMARIUM.

1 *Jus protomiseos an competat ei, qui pro majori parte sua res conjungitur.*

2 *Venditione prohibita non intelligitur de modica re.*

3 *Statutum prohibens ædificare, non intelligitur de domuncula.*

4 *Tempus modicum quando dicatur.*

AD *vers. sed iterum quæro*, ibi: *si quis vendit omnia bona sua*, videas omnino *glosam Napodani in consuet. si ex uno latere in eodem tit. de jure congrui in glosa ea parte*, ibi in
1 illis verbis: *alias videtur dandum jus congrui ei, qui pro majori parte conjunctus est, ut in n.* 87. *Capyc. decis.* 42. *Maxilla in consuetud. Barensi fol.* 157. *in novissimis*, *Anna in singular.* 150. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 42. 74. *&* 75. vide *Dec. cons.* 449. *in dubio ult. Joann. de Amicis in consil.* 20. *Benedel. de jure protomiseos* §. *item de ipsa num.* 3. *Marc. Anton. Bard. in vers. si vere unus*, qui allegat eumdem *Maxillam ut in tract. de jure protomiseos in* §. 5. *fol. mihi* 55. *in* 2. *notabili vers. eodem ut supra n.* 3., *eundem Maxillam in* §. *fin. de jure protom. & in* §.8. *inc. & si forsan duo notab.* 1. *n.* 1. *& Afflict. hic*, videas etiam & *Prosper. Petram in ejus novissimis addition. ad Capyc. in supracitata decis.* 42. & tandem *D. Præs. de Franchis in decis.* 550. de qua etiam supra in §. 1. ubi plura circa hanc materiam adnotavimus.

De modico vero tempore, ut hic
2 in *vers. item num.* 9. ubi prohibita alienatione, non intelligitur de mo-
3 dica re, adde, quod statutum prohibens ædificare domum, non extenditur ad domunculam & parvum tugurium, *Rom. in l.* 1. §. *excusantur ff.*
4 *ad Syllanian.* & quod dicatur modicum tempus, dic non minus decem dierum, *textus in l. promissor* §. *sine die ff. de constit. pecun. Petrus Gregor. syntagmat. juris universi lib.* 24. *cap.* 7. *n.* 9. hoc modicum habetur etiam in Evangelio, apud *Apostolum & Evangelistam Joannem*: *ibi Modicum videbitis me &c. ut in cap.* 16. *& apud*

& apud Apostolum Jacobum cap. 14. *in epistola , ibi : Quæ est enim vita vestra ? vapor est ad modicum parens &c. Divus Augustinus in homilia tract.* 101. *in Joann.* ait*; modicum esse totum spatium hoc , quo pervolat præsens sæculum.*

SUMMARIUM.

1 *Terminus prorogatur ratione absentiæ , stante impedimento; quod limitatur.* num. 2.
3 *Terminus est regulariter peremtorius.*
4 *Terminus an possit prorogari , vel abbreviari de consensu Partium.*
5 *Statuto dictante , ut terminus currat contra absentem , an amplectatur absentiam cum ignorantia ,* & n. 6.

AD quintum , & sextum Notabile , ibi: *Quod ratione absentiæ prorogatur terminus ,* adde *Speculat. de restitution. in integrum* §. 4. *vers. ceterum*, & si terminus a statuto præfixus ad aliquid agendum prorogari possit, vide *Cartar.*
1 *in decision. Rotæ Genuæ* 100.*&* 102. terminum abbreviari, sive prorogari, esse sub Judicis potestate, inquit *Ursill. ad Afflict. in dec.* 124. *n.* 2. *& Regens Marchio Tapia in suis doctissimis commentariis super Constitution. Lite legitime in tit. de termino num.* 11. *lib.* 3. *part.* 1. *Codicis Jur. Regni ,* stante urgentia , vel impedimento legitimo , videlicet ratione absentiæ : cum absentibus valde leges subveniunt , ejusque privilegia conferunt , ut ex allata per *Boerium in decis.* 12. *num.* 65. *& per Scribentes super ritibus* 166.
2 *&* 266. limitatur hoc multis modis , ut apud *Robertum Marantam , & Galder. super pract. liquidat. instrument. in part.* 3. *principalis in vers. audiantur excusatores num.* 9. *cum sequentib. vers. & per Curiam.*

Et terminus , qui datur ab hac *Græca Constit.* peremtorius dicitur ;
3 cum regulariter omnis juris terminus est peremtorius , ita *Cartarius in alia decis. Rotæ Genuensis* 16. *num.* 13. *Rolandus cons.* 21. *num.* 9. *vol.* 1. *item Cassaneus in consuetud. Burgund. tit. de retract.* hoc etiam dixit *Innocentius in cap. cum tua qui matrimonium accusare possunt , Gabr. Saray. in addition. ad Mattesil. notab.* 50. *num.* 18. immo talis terminus nec augeri , nec abbreviari potest, cum absque judicis ministerio sit introductus , secundum communem theoricam , de qua apud *Franciscum Marcum in dec.* 47. *num.* 1. *part.* 1. & neque tolli potest , ut ait *Roman. in singular.* 465. *num.* 1. *& Asinius in sua praxi judiciaria* §. 15. *cap.* 3. *num.* 1.
4 Terminus vero an possit Partium consensu abbreviari, & prorogari, vide *Tiraqu. de retract. consanguinitatis* §. 1. *glosa* 14. *num.* 30. *cum sequentib. Benedel. in* §. *verum in tract. eo-*
5 *dem de jure protomis. in princ.* si terminus absenti est prorogandus , quando est præscriptus contra ipsummet absentem , vide *Mascardum de probat. in conclus.* 7. *num.* 15. *per textum in auth. quod si quis C. de præscript.*
6 *longi temporis* : & statuto dictante , ut terminus currat contra absentem non includit absentiam cum ignorantia conjunctam , *Tiraquel. de retractu municipali* §. 35. *glos.* 3. & habetur in *l. ult. ff. de in integrum restitut. glos. in cap. biduum* §. *palam vers. audiuntur* 2. *quæst.* 6.

SUMMARIUM.

1 *Vicinus vendens rem congruam alteri vicino , cum pacto quod si vicinus petat illam , contractus sit invalidus , & res habetur pro non vendita , an admittatur.*

2 *Pœnitentia in contractibus an habeat locum.*
3 *Pœnitentia in donationibus an locum habeat; & quid in contractu permutationis.* num. 4.
5 *Pœnitentia in contractibus innominatis an locum habeat?*
6 *Contractus ab initio sunt voluntarii, postea necessarii.*
7 *Regressus an detur requisito ad emendam rem congruam, respondenti nolle uti.*

AD septimum notabile adde *Dom. Marinum Frecciam in apostilla* incipiente *Quid si est facta concessio in consuetud.* 1. *eod. tit. de jure congrui*, ubi
1 quærit: si vicinus vendidit rem congruam cum pacto, quod si alius vicinus petit rem illam congruam, ut contractus sit invalidus, & res vendita habeatur pro non vendita, ubi remittit se ad *Afflictum hic in vers. sed juxta*, videas circa hoc *Guid. Pap. in dec.* 257. allatum ab eodem *Marino Freccia in*
2 *eadem apost.* & quando in contractibus habeat, vel non habeat locum pœnitentia, videas *Baldum in l. multum C. si quis alteri vel sibi*, & si habeat locum pœnitentia in contractibus nominatis, quando dolus Partis adest, textus est in *l. cum in plures §. man-*
3 *davi, ubi Bart. ff. locat.* Sed quid in donationibus, an habeat locum pœnitentia, *Corneus in cons.* 252. incipiente *In literam part.* 3. & quid in contractibus Principum, *Cyned. in l.*
4 *digna vox C. de legib.* & si est locus huic pœnitentiæ in contractibus permutationis, videas *Alex. in cons.* 16. *part.* 2. sed in contractibus nominatis non habere locum pœnitentiam, ubi refert, quod ita tenent communiter Doctores in *l. sicut C. de act. & obligat. Cacheran. in dec. Pedemont.* 98. *num.* 5. 6. & 7. quem sequitur *Natta in cons.* 121. *num.* 2. *Roland. a Valle*
5 *in cons.* 8. *num.* 29. at secus in contractibus innominatis, semper enim in his locum habet pœnitentia, quando deficit per unam partem non adimplentem, ut dixit *Surd. in dec.* 173. *num.* 16. *per textum in l. si pecuniam in princ. ff. de condict. ob causam*, ubi *Bart. Alexand. Jason.* & ceteri Doctores relati per eumdem *Surd.* in eodem loco, & demum videas *Gomes. variar. resolut. tom.* 2. *de contract. innomin. cap.* 8. *num.* 3. & *Marantam* in suis aureis *singular. in verb. contractus fol. mihi* 12. in novissima impressione anni 1631. in *vers.* qui incipit *contractus innominatus*.

6 Sed cum omnes contractus regulariter sunt voluntatis a principio, & postea fiunt necessitatis, ut in *l. sicut ff. de act. & oblig.* ideoque non est admittenda in eis pœnitentia, ut late apud eundem *Surdum* in suo sollemni *cons.* 38. *n.* 6. *cum sequent.* & circa resolutionem horum contractuum, vide *Carolum de Grassis de except. in except.* 31. *num.* 6. & 7. ubi refert nonnullos Doctores, ac Consulentes circa
7 hanc materiam; & an pænitentia cadat in eo, qui requisitus huic juri congrui renunciavit, hoc non obstante, si detur ei regressum ad eamdem rem, vide *Dom. Benedellum in eodem tract. in rubr. num.* 52. & 66. *apud Prosper. Rendell. in §. in primis in verb. unusquisque secundum suam portionem accipiat num.* 19. *in tract. de jur. protomis. Dom. de Franchis in dec.* 346. *eumdem Dom. Benedell. ad principium hujus Constitutionis numer.* 163. *in ampliat.* 2. ibi: *amplia etiam in venditione, a qua Partes deinde recesserunt, jus congrui locum habere.*

SUMMARIUM.

1 *Jus congrui, si non habet locum in re ven-*

venditæ, an postea evicta militet.

2 *Dominus directus vicino anteponendus.*

3 *Retractus an detur contra evincentem.*

4 *Retractus an conceditur vicino, nisi perfecta alienatione.*

5 *Evictio habet vim auferendi rem ab emtore.*

6 *Perfectio triplex est, inter eam evictio non est.*

7 *Vicinus debet capere rem a manu primi emtoris & non venditoris.*

8 *Retractus contra emtorem possessorem an detur.*

9 *Quod evincitur, in bonis nostris non est.*

10 *Retractus non conceditur aliis, nisi contra emtorem, possessoremque rei.*

11 *Heres consanguinei an veniat contra emtorem adversus venditionem factam absque denunciatione?*

12 *Jus congrui an habeat locum in contractu pignoratitio?*

13 *Retractus an locum habeat in subhastatione facta a Judice?*

14 *Retractus an locum habeat in venditione conditionali?*

AD *vers. sed juxta prædicta quæro ut in n.13.* adde *Benedell. in eod. tract. ad princ. constitut. in limit. 25. n.212. ad regulam positam in n.108.* ubi etiam
1 inquit, quod jus congrui non habet locum in re vendita, ac postea evicta per sententiam, juxta *textum in dict. l. habere*, nam vicinus eam retrahere non potest, ut per *Capyc. in dec. 99.*
2 vicino enim semper dominus directus est anteponendus, *Ozasch. & Cacher. in dec. Pedemontan. 156. Thesaur. dec. 170. Senatus Delphinatus in quæst. 156.*
3 & re evicta, & venditione alteri facta ab evincente, si contra eumdem evincentem detur retractus, bene fundatur *Afflict.* opinio per *Baldum in l. fin. §. in computatione col. ult.* scilicet, quod non; nam evincere proprie est venire adversus venditionem pro ea annullan-
4 da, & ad hoc ut jus congrui in ea habeat locum, oportet eam esse perfectam, alias hoc jus retractus minime vicino competit, ut idem *Baldus in l.2. C. de Episcop. aud. & Jo. Vincent. de Anna in sua sollemni alleg.87.* quam
5 perfectionem sequuta evictione non retinet: nam evictio habet vim auferendi rem ab emtore, juxta verba JC. ibi: *Quod non videtur perfecte cujusque*
6 *id esse, quod ex causa auferri potest;* quam perfectionem esse triplicem, inquit *Benedell. in princ. hujus Constitut. n.106. vers. in emtionem autem in cit. tract. de jure protomis.* inter quam non connumeratur evictio, ut etiam habetur in *glos. l. 1. C. de periculo & commodo rei venditæ*, & ex eodem nostro *Afflict. in decis.280.* allato a *Benedell.* ergo contra evincentem tale jus non
7 datur. Hoc etiam confirmatur, nam certum est, quod vicinus debeat rem capere a manu primi emtoris, in posse cujus reperiebatur res evicta, non vero venditoris, immo neque ab evincente, ut ex *Napodano in consuetud. 1. in glosa possidet tit. eodem de jure congrui n. 41.* & ex Juribus per eum allatis, & per *Ursil. ad Afflict. in dec.*
8 *338. n.6.* dum contra emtorem, possessoremque rei dari inquit, ut apud eumdem *Napodanum ubi supra in num. eodem 41. vers. nam hic loquitur*, sed in bonis dicti primi emtoris non reperitur amplius, dum est jam evicta, ut ex vulgata regula *l. quod evincitur*
9 *ff. de regulis juris antiqui*, ubi ait JC. *Quod evincitur, in bonis nostris non est*, ea ratione, quia amplius domini illarum rerum non sumus, ut in *l. bonorum §. in bonis ff. de verbor. ac rer. signific.* ergo a manu possessoris rei, non vero ab alio est accipienda, se-
10 cundum jura superius allata, & contra possessorem rei, seu ultimum emtorem

 agit,

agit, qui eam habet ab evicente, cujus rei erat dominus, juxta allegata per *Napodanum loc. cit.* adde *Gratian. discept. forens. in cap.* 234. ubi tractat de evictione in hac materia retractus,
11 & si venditor, qui erit heres institutus a consanguineo, post factam venditionem, an ad retractum non admittatur vigore statuti, ita ut possit venire adversus suam venditionem per ipsummet factam, non obstante requisita denunciatione juxta hoc statutum ab eo non facta, & si evictionis exceptione repellatur, juxta *textum in l.vendicantem ff. de evict.* nam actio competebat dicto consanguineo, cujus ipse heres est, & si tenetur ad pretii restitutionem tantum, an etiam ad evictionem simul cum pretii restitutione, vel si consanguineus erit heres venditoris, qui eum non requisivit in venditione, juxta ordinem statuti, de quibus vide etiam apud eumdem *Gratian. ubi supra num.26. & 27. cum seq. in cap. citato usq. ad fin.*
12 Sed quid in pignoratitio contractu, adde *Benedellum in princip. hujus Constitut. sancimus*, in citato sæpius *tract. num.98. vers. quid si pluribus*, ubi sic ait: *in pignore vero aliter proceditur, nam præfertur is, cui primo res obligata fuit per textum in l. creditor §. ultim. ff. qui potior. in pign. hab.* Hæc ille, cui adde *Ursil. ad Afflict. in dec.339.* ubi allegat *Parif. in conf.82. pro veritate n. 32. volum. 3.* & satis ad rem, ac magis tractat *Rendel.* in citato *tract. de jure protomis. in hoc §. scriptum est in verb. in venditione conjuncti vers. quod cum contrahentes a n.6. cum seq.* & hoc idem fuit controversum in Sac.R.Consilio in causa quorumdam Nobilium Neapolitanorum, videlicet Domini Scipionis Macedonii ex una, & Domini Caroli Carmignani ex altera, ut alias dixi, decisio cujus non fuit sequuta. Actuarius fuit de Ferrariis, nunc Spera, cui adde etiam *Gratian. in qu. forens. quæst.784. n. 9. & 12.*
13 ubi quærit, si habet locum retractus in subhastatione facta a Judice pro exequutione rei judicatæ, *Dom. de Fran-*
14 *chis decis.277.* Ad id si jus contractus habeat locum in venditione conditionali, vel ne, videas *Gratian. in disceptat. forens. in cap.742. n. 33. usque ad* 40.

SUMMARIUM.

1 *Statutum loquens, quod de pretio solvatur gabella, de quo intelligatur, & qualiter?*
2 *Gabella solvenda an sit pro distractu.*
3 *Gabella, an solvatur in re, in qua solum dominium non transfertur.*
4 *Jus congrui an locum habeat in distractu, vel quando dominium non transfertur?*
5 *Gabella an sit solvenda de omni contractu?*
6 *Gabella imposita pro omnibus stabilibus distrahendis, an comprehendat fundum dotale datum pro dote?*

AD *vers. item quæro n.*14. adde quid sit gabella, & si sit res odiosa, & species servitutis, vide *Surdum in dec. 305. n. 45. & dec.96. num.7. Ozasch. decis. Pedemont. 4. num. 7.fol. mihi 9.*
1 dictante statuto, ut de pretio solvatur gabella, intelligitur de eo tantum pretio, quod remanet apud venditorem deductis expensis, *Bart. in l. si hac §. quidam n.1. ff. de condit. & demonstr.* & si erit solvenda in loco contractus, an alibi, vide *Mangrellam ad Bart. in l. Prætor ff. de publicanis & vectigalibus*, & statuto dictante, ut de pretio solvatur gabella, intelligitur de contractibus emtionum, ac venditionum, *Bart. in l. cum dotem C. de jure dotium,* sed

ſed quid in datione in ſolutum, an in ea ſolvatur gabella, etiam dictante ſtatuto, *DD. & Bart. in l. ſi pupillorum §. Prætor ff. de rebus eorum, l. libera C. de ſentent. & in l. per diverſas ff.*
2 *mandat.* & an ſit ſolvenda pro diſtractu, quemadmodum & per contractum, vide *Surdum in dec.*305. ſupra citata
3 *num.*9. ſed quid in venditione, in qua non transfertur dominium, vide eumdem *Surd. in dec.*331. *n.*1. *& dec.*395.
4 *num.*15. & ſi in his ſimilibus contractibus habet locum jus congrui, vide omnino *Benedel. in tract. eodem de jure*
5 *protomiſ. in princ. Conſt. n.*129. & an ſit ſolvenda de omni contractu, *Gratian.*
6 *diſcept. for. cap.*715. *n.* 11. & ſtatuto dictante, ut ſolvatur gabella de omnibus ſtabilibus alienandis, an comprehendat fundum dotale datum in dotem, & quid in pignore dato in dotem videas eumdem *Gratian. cap.*777. *n.*26. & an pro executione, vel acceſſoriis ad contractum debetur gabella, eumdem *Gratian. in cap.*180. *n.*9.

S U M M A R I U M.

1 *Eccleſia an habeat jus congrui, ſi res vendita tranſeat ad privatum.*

AD ultimum quæſitum hujus 7. *notab. n.*15. adde *Napodanum in conſuetud.*1. *de jure congrui in gloſa alicujus num.*52. *verſ. nec obſtat*, ubi adverſatur *Afflicto* noſtro, ibi: *Ratione mutationis perſonæ acquirentis*; ideoque inquit,
1 quit, non ex eo quod Eccleſia non habet hoc jus, ſi deinde tranſeat res ad privatam perſonam, ſequitur, ut nec ille privatus congruum habeat, nam JC. reſpondit in *l. Paulus*, alias incipit, *per Procuratorem ff. de acqu. heredit. Quod caſtrenſia eſſe deſierunt mutatione perſonæ, & res privata efficitur publica, & incorporatur in fiſcum, l. fiſcus ff. de jure fiſci*, & alia, ut apud eumdem *Napodanum ibique Addentes*, cui adde *Bened. in §. ultimo n.* 17. *citat. tract.* qui ſequitur etiam in hoc *Marantæ* opinionem in *diſp.* 8. *Rendell. in ver. Eccleſia §. eſt autem*.

S U M M A R I U M.

1 *Victoria quænam ſit.*
2 *Victoria unius an proſit alteri?*

AD octavum Notabile adde, quod victoria hic ponitur pro ſententia,
1 ita apud *Antonium Caputum in eodem verb. victoriam in gloſis impreſſis in opere Rendellæ in verſ. victoriam n.* 1.
2 & alia, ut apud eundem; & ſi victoria unius proſit certis aliis litis conſortibus, vide *Bart. in l. ſi qui ſeparatim §. reſcriptum n.*1. *ff. de appell.* & olim apud Romanos victoria erat nomen Deæ, cujus ſimulacrum effigebatur lauro coronatum, altera manu palmæ, altera oleæ ramum proferens, ubi victoria etiam accipitur pro hoſtium ſuperatione, *Cic. pro M. Mur.* ubi *Horat. ſatyr.*1. *ſerm.* ait: *Quid enim concurritur, horæ momento circa mors venit, aut victoria læta*.

Ad nonum Notabile, vide ea, quæ adnotavimus ſupra in *d.* §.2. *in* 6. *&*
* 7. *Notab.* ubi plura circa * præſcriptionem.

S U M M A R I U M.

1 *Requiſita in petitione juris congrui, quæ ſint?*
2 *Denunciatio non requiritur in vicino ſecundum Conſuet. Neap.*
3 *Annus denunciationis juris protomiſeos currit a die ſcientiæ.*
4 *Denunciatio a ſtatuto ordinata eſt de ſubſtantia, & non facta, actus corruit.* num.6.

5 *Tem-*

5 *Tempus ad petendum jus protomiseos jure Hispanorum quid sit?*

AD decimum Notabile, ubi *Afflict.* tractat de requisitione, ac denun-
1 ciatione facienda iis, quibus competit hoc jus, & de forma, & de sollemnitate, ac aliis requisitis ipsius denunciationis præter adnotata *in d.* §. 2. *in* 1. *Notab.* adde *Dom. Regentem Marchionem Tapiam in suo amplissimo Cod. Jur. Regn. in tit. de jure protomis. libr.* 4. *suæ*
2 *compilat. num.* 80. qui refert secundum dispositionem nostræ Neapolitanæ Consuetudinis, hanc denunciationem non esse necessariam; verum ut infra certum tempus, videlicet unius anni hoc jus congrui petatur, quia annus computabitur a tempore certæ scientiæ, non facta denunciatione, sic *Vivius in*
3 *decis.* 334. *n.*7. at secus hic, ubi necessaria est scientia, & pro forma re-
4 quiritur; & a statuto ordinata, & de substantia actus est; & ea non facta, actus redditur nullus, *Felin. in cap. super eo column.* 1. *vers. ad medium de testibus cogendis*, *Gomes. in regula de annal. quæst.*16. tradita per *Canonicum Novarium in summa bullar. tit. de immunit. Eccles. n.*89. *vers. ratio autem*.

5 Sed quod tempus consideretur de jure Hispanorum, vide eumdem *Dom. Regentem Tapiam in eodem loco*, ubi dies 9. (inquit), & a quo die currant, vide eumdem, & additiones *Dom. Addentium de Alexand. & Pisanelli*, incipientes, *vide singulare*: *& idem de scientia*, quæ est *Dom. Pisanelli*, quæ faciunt ad rem circa notabile, præter ea, quæ per nos in dicto §. 2. *in*
6 *notab.* 2. addita fuere; & denunciatio requisita per statutum in materia retractus est forma, qua omissa, corruit actus, *Gratian. discept. forens.* 641. *n.*1. & 2.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio ut sit valida, multa requiruntur.*

2 *Renunciatum videtur juri protomiseos per lapsum temporis.*

3 *Renunciatio tam tacite, quam expresse fit.*

4 *Renunciatum non censetur nova superveniente causa, similiter ob causam publicæ utilitatis.* num.5.

6 *Unus ex pluribus venditoribus rei communis an possit retrahere partem alterius.*

7 *Promittens non movere controversiam, an intelligatur renunciatum omni legum auxilio?*

8 *Laudes Dom. J. U. D. Nicolai Mandina.*

9 *Laudes Dom. Consiliarii D. Michaelis Gomez.*

1 AD ultimum Notabile adde, quod ad hoc ut renunciatio sit valida, multa requiruntur, de quibus videas apud *Benedellum in* §. *scriptum est*, *in text.* ibi: *Renunciaverint numer.*17. *tract. eodem*, & *Bard. quæst.* 6. *num.*
2 6. *vers. an faciens*, & tacite intelligitur renunciatum, quando quis passus est defluì tempus per hanc Constitutionem præfixum; & expresse renunciare visum est, quando per verba recusantia quis renunciat, ut apud eumdem *Benedell.* qui citat *Afflict. hic*, & apud *Prosp. Rendellam in vers. non renunciaverint* §. *scriptum est num.* 1. & de materia tam hujus ultimi notabilis, qnam etiam quæsiti multa addita sunt supra in 10. *Notab. in* §. *primo*.

Adde etiam *Gratian. discept. for.*
3 672. *num.* 1. ubi ait, huic juri congrui non tam expresse, verum tacite renunciari posse, allegantem *Afflict.*
4 *hic*, & quod juri de futuro non intelli-

telligatur renunciatum, nova causa
superveniente, eundem *Gratian. in di-
sceptat. for. cap. 745. num. 52.* licet
ad omnia in genere referatur renuncia-
tio, & eundem *Gratianum in cap.671.*
5 *num. 3.* ubi ait, etiam quod ob cau-
sam publicæ utilitatis huic juri con-
grui potest renunciari, licet apud alios
contrarium habeatur, citatque *Mutam.*
super consuetud. Panormit. cap. 31.
6 *num. 66.* & pluribus existentibus ven-
ditoribus unius rei communis, an unus
eorum poterit retrahere partem alte-
rius consocii, licet suam portionem
tantum vendere censeatur, per *textum*
in l. reis, adde eumdem *Gratian. cit.*
cap. 672. num. 7. & 8. ubi ait, quod
censetur renunciatum aliis partibus per
consensum præstitum ceteris vendito-
7 ribus; & si promiserit quis controver-
siam minime movere, an intelligatur
renunciatum retractui etiam de futuro
competenti, eumdem *Gratian. cit. cap.*
745. num. 16. & si fuerit renuncia-
tum omni legum auxilio, ac statuto-
rum, an excludatur etiam a beneficio
retractus, eumdem *Gratian. cit. loco*
num. 12. pro his vero circa requisi-
tionem, ac denunciationem, renucia-
tionemque juris congrui sequuntur in-
frascriptæ allegationes, quas in facti
8 contingentia scribebat eruditus *JC. Dom.*
Joannes Nicolaus Mandina causarum
Patronus doctissimus, & meus carissi-
mus, in causa Mariæ Solimenæ, &
Josephi Ferrigni, cum Paulo, & Ca-
rolo de Sasso in Magna Curia Vica-
9 riæ versante coram integerrimo, ac
emeritissimo Dom. D. Michaele Go-
mez tunc Judice in Magna Curia Vi-
cariæ, nunc Regio Consiliario Sanctæ
Claræ dignissimo.

D. O. M.

MAria Solimena vendidit montaneam cum castagnetis, sylvis, & aliis, nuncupatam lo Gaudio, sitam in Terra Tramontis; Josepho Ferrigno, pro pretio ducatorum quatuorcentum sub die 8. Julii 1645.

Paulus, & Carolus Sassi fratres petierunt in Magna Curia Vicariæ illius relaxationem jure protomiseos, non obstante donatione facta per Josephum emtorem Presbytero Evangelistæ, uti in fraudem, offerendo ducatos tercentum veri pretii dictæ montaneæ, quamvis in instrumento asseratur ducatorum 400. petendo depositionem etiam Mariæ, ut ex libello late, præsentato mense Aprilis 1646.

Interest Mariæ victorem facere Josephum, contra quem instituit judicium læsionis in Sacro R. Consilio, & coram Regio Consiliario Joanne Baptista Filingerio, coram quo comparuerunt fratres de Sasso, ipsisque auditis est compilatus processus, ideoque quatenus causa esset expedienda in Magna Curia inter actores de Sasso, & dictum Ferrignum, tam ipsa Maria, quam Joseph supplicant pro absolutoria sententia, ex infrascriptis.

Primo, Maria in Festivitatibus Pentecostes anni 1645. post mortem Joannis Simeonis Solimena sui patrui, cujus est heres, & consequenter tunc dictæ montaneæ domina in dicta Terra Tramontis denunciavit Paulo, & fratri de Sasso venditionem ab ea faciendam dictæ montaneæ, ducta necessitate satisfaciendi creditum Matthiæ Vitaliano, & alloquuta fuit cum dicto Paulo, eumque interpellavit pro emtione illius, ex quo Paulus prætendit habere aliam Terram collateralem, nuncupatam, la Foresta; & requisitus præsentialiter Paulus, re-

... d'it se non habere commodita... pecuniæ numeratæ secundum ne... cessitatem dictæ Mariæ, sed si volebat ducatos 25. quolibet anno absque interesse quousque pretium solutum fuisset, id libere agebat; cui respondit Maria, se indigere pecunia numerata præsentialiter, & solvere quolibet anno ducatos 25. erat solvere interesse pretii &c. non autem montaneæ valorem, ut patet ex attestationibus super primo artic. a *fol.* 61. sup. articulis additis.

Quod ipsemet Paulus in ejus depositione celare non potuit, *folio 66. a tergo* super quinto.

Ergo dum ita expresse præsentialiter requisitus Paulus pro emtione; (tamen si ab illo non fuisset renunciatum emtioni, ut infra dicetur) obtemperatum fuit dispositioni *Constit. Sancimus de jure protomis.* sancientis in hæc verba (*ut infra triginta dies solvendo justum pretium, quod sine mora verus emtor, & sine fraude dederit*) & tempus prædictum currit etiamsi ante denunciationem non fuerit res alienata, & pretium constitutum, ut docet *Bald. in dicta Constit. Sancimus num. 3. & 7. vers. quid si vendo, Afflict. in dicta Constitut. Sancimus, in 9. notab. num. 28. in fine vers. sequitur ergo, & in §. 2. n. 15. vers. sed juxta*, ibi: *Quod vendet alteri: clarissime Prosper Rendell. in tract. dictæ Constitut. Sancimus de jure protomis. in §. non aliter permittimus num. 2. fol. mihi* 76. igitur elapso tempore triginta dierum, fuit facta venditio Josepho, quod patet, nam dicto anno 1645. Pentecostes festum celebratum fuit die 4. Junii; emtio facta die 8. Julii, igitur non potest amplius audiri, ut patet ex *textu* dictæ Constitut. in hæc verba: *verum si infra statutum terminum pretium justum non solverit, de cetero non habeat jus protomiseos, quod omnes DD. observant*.

Secundo, ex depositionibus trium testium probatum est super 5. art. *a fol.* 61. de dicta alloquutione, & denunciatione facta per Mariam Paulo, si vellet emere montaneam, & fuisse a Paulo datam licentiam Mariæ vendendi illam, cui vellet, quia ipse pecuniam numeratam non habebat.

Ergo renunciavit emtioni, remisitque sua jura, ad quæ remittenti non datur amplius regressus, *l. quæritur* 14. *§. si venditor ff. de ædil. edict. cap. quam periculosum 8. dist. 7. quæst. 1. cum similib.* & in puncto *Afflict. in §. 6. scriptum est in undecimo notab.* ubi expressam hanc vocat renunciationem, eleganter & ad saturitatem, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. a num. 121. ubi num. 124. de renunciatione facta ante venditionem præsente venditore*, quod optime, & late probat, & novissime sequetur *Benedell. dict. tract. de jure protomiseos in animadversionibus ad §. transcurso num. 6. fol. mihi 390. ad Rendell.* estque *text.* expressus in *dict. Const. Sancimus in §. scriptum est, in fin.* ibi: * *Et non renunciaverint temere*.

Tertio esto, quod prædicta non fuissent probata, sed tantum esset disceptatum non de tempore triginta dierum, sed quatuor mensium, fingendo Paulum, & Carolum absentes, ex aliqua justa causa impeditos, juxta *textum in dict. Constitut. Sancimus in §. licet*, ibi: *Infra quatuor menses debet venire, & solvere justum pretium cum legitimis usuris, & necessariis expensis*. Videndum si illi fratres de Sasso hoc tempus quadrimestre præterire fecerunt, & sive hoc tempus erit metiendum a die scientiæ, secundum doctrinam *Baldi* late hoc probantis in di-

dicta *Constitut. Sancimus vers. venio ad statutum num.* 17. sive a die denunciationis secundum alios, semper dictum tempus erit elapsum ex infrascriptis in processu probatis.

Primo iterum ex attestationibus Ferrigni probatum est super 4. art. a terg. quod dicto mense Julio 1645. post factam a Josepho montaneæ emtionem, ipse accessit ad Terram Tramontis, & alloquutus fuit cum Paulo Sasso, cui obtulit montaneæ emtæ cessionem, si eam cupiebat; respondit Paulus illam nolle, sed tantum ut ea solveret pretium quorundam lignaminum emtorum a qu. Jo.Simeone Solimena, quæ non dum cedere fecerat. Quod vero fuit inter Josephum, & Paulum facta alloquutio prædicta patet ex depositione dicti Pauli super art. 7. *fol.* 67. quamvis neget relaxationem.

Secundo quia Presbyter Evangelista donatarius cepit possessionem mediante persona sui Procuratoris dictæ montaneæ; propterea a Curia Ducali Tramontis banda emanare fecit, ut nullus per eam transiret, nec damna inferret, ut ex scriptura publicata die 15. Octobris 1645. *fol.* 51. eodem mense comparuit Carolus de Sasso, & aliquæ dixit, *folio eod.* a terg.

Examinati Paulus, & Carolus super nono art. *fol.* 69. Paulus deposuit dictam petitionem fuisse ab illo scriptam in præsentia, & ab isto præsentatam, quod etiam deposuit Carolus super 9. *fol.* 68.

Ergo a die 29. Octobris ambobus fratribus de Sasso innotuit judicialiter alienatio venditæ montaneæ, consequenter usque ad diem 19. Aprilis 1646. quo solutum fuit pretium ejus montaneæ, sunt elapsi menses quinque cum dimidio circiter, consequenter non competit jus protomiseos, ut dicit *text.* ibi: *Verum si infra statutum terminum &c. de cetero non habet jus protomiseos*, & notant Doctores omnes, & hoc est, dum dicunt renunciationem juris congrui fieri posse tacite, & expresse, ut per *Afflict. in dict.* §. *scriptum est num.* 18. *Tiraquel. de retract. convent.* §. 2. *glos. prima & unica num.* 80. cum tacita renunciatio inducatur ex temporis lapsu, ut per eos.

Tertio principaliter asserunt fratres de Sasso, nullum eis tempus currere potuisse; equidem verum dictæ montaneæ pretium fuit ducatorum tercentum, ut ex alio instrumento sub die 11. Augusti 1645. *fol.* 11. per eos præsentato in Magna Curia Vicariæ die 4. Julii 1646. tanto magis, quia in eorum primo libello protestati fuerunt, quod non curreret terminus petendi jus congrui, nisi facta declaratione.

Ista Actorum oppositio habet duas inspectiones, unam de incertitudine pretii, alteram declarationis faciendæ a Josepho, ista fuit facta *fol.* 3. & quicquid sit de pretio vero, illud est certissimum in dicto actorum libello assertum fuisse ducatorum tercentum, & ita per eos probatur ex instrumento præsentato die 14. Julii 1646. *fol.* 11.

Hinc inferuntur infrascriptæ juris conclusiones: Prima quoties actio juris protomiseos, seu congrui instituitur contra extraneum emtorem, & res emta spectet ad vicinum, requiritur pretii consignatio, & vera solutio, ut dicit *text. dict. Constitut.* ibi: *Pretium justum non solverit*, ad quod adducitur sollemnis doctrina *glos. in l.* 1. *in verb. necessitatem Cod. de commun. serv. manum.* quæ ait: *Prius esse solvendum pretium, quam tradenda res, quæ ex necessitate legis venditur, etiam in libertate*, exornat *Tiraquell. de retract.*

tract. lign. §. 3. *glos.* 3. *per totam*, & novissime per *Rendellam in* §. *non solverint in principio fol. mihi* 153.

Quarto concludo, quoties præsupponitur pretii ignorantia, fit depositum alicujus certæ quantitatis ad consequendum jus agendi, & offertur integra numeratio, & suppletio, si forte majus pretium erit rei emtæ, ita per *textum in l. statu liber. rationem* 5. *ff. de statu liber. & in l. servus si heredi* 34. §. *Imperator in fin. ff. eodem*, tradunt Doctores, præsertim *Cepoll. cautel.* 26. *& post Cassan. Boer. Gaill. & alios* notat novissime *Rendella in* §. *non solverit n.* 28. *fol.* 157. ubi testatur ita communiter practicari.

Consequentia erit, quod si non fuerit factum depositum, & dubii oblatio a vicino, merito exceptione repellurtur, ut in dicta *Constitut. Sancimus* toties allegata, & post DD. refert *Rendel. num.* 21.

Ergo isti actores de Sasso certo sciebant, ad minus montaneæ venditæ a Maria d. Josepho pretium fuisse ducatorum tercentorum, & ut ipsi in libello confitentur, & ex instrumento probarunt, merito debebant facere depositum ducatorum tercentum, & cujusvis alterius dubietatis oblationem facere, quod quia non egerunt, merito omni jure protomiseos, si quod competebat, carere debent.

Quinto, est clara juris regula *actore non probante reus absolvitur*, *l. qui accusare* 4. *C. de edend. l. actor* 23. *C. de probat.* at in isto judicio juris congrui, seu protomiseos actores isti tenebantur probare saltem collateralis fundi possessionem, allegando dominium, ut post alios probat *Rendell. in* §. *habeat dicta Constitut. Sancimus fol.* 14. *a num.* 5. & concludit *num.* 6. possessionem præcedente dominii allegatione taliter probandam, ex qua saltim præsumtive dominium probetur, ut per eum allegantem DD. præsertim *Præs. de Franch. decis.* 242.

At isti actores de Sasso nihil probaverunt circa actualem possessionem, sed testes alii dicunt istam montaneam adesse prope bona dictorum de Sasso, alii quod possident, nulla adjecta causa, merito ex ista regula posset absolvi conventus, ex satis deductis per *Rendel. ubi supra.*

Constat ex deductis, ac probatis factam fuisse a Maria vendere volente requisitionem, & denunciationem, pacto fuisse a Paulo renunciatum emtioni, exequutam venditionem post triginta dies præteriisse multos, multosque menses a qualibet scientia usque ad litis exordium, nunquam fuisse factum depositum pretii saltim ducatorum tercentum, nec probatum se possessores uti dominos.

Superest, ut Domini Jusdicentes absolutoriam sententiam proferant in beneficium Ferrigni conventi, cum istud judicium descendat ex lege protomiseos, quæ est odiosa, ut per DD. infinitos allegatos a *Tiraq. in præfat. ad tract. de utroque retract. n.* 60. & sequitur post *Afflict. & alios Rendell. in fin. rubricæ de jure protomis.* ideoque strictissime interpretandum, *l. quod vero ff. de legib. cap. quæ a jure de regul. jur. in* 6. *auth. quas actiones C. de sacrosanct. Eccles. l. si vero* §. *de viro*, *ubi DD. ff. soluto matr.* ex ornat *Tiraquel. num.* 62.

Cetera vero integritas, ac eorumdem Dominorum Judicantium supplebit religio.

NO-

NOVÆ ADDITIONES

AD §. VI.

1 Textum hujus §. *scriptum est*, *ut in linea* 4. *hic pag.* 121. in authographo Afflicti ita scriptum inveni: *& prope sunt in vendicatione conjuncti*, *victoriam ipsius vendicationis habeant*. *In tali itaque ordine*, *ut habeant ipsam protomisim in unius anni spatium &c.* in textu vero penes *Reg. Tap. de jure Regn. lib.* 4. *tit.* 17. *pag.* 72. *col.* 2.: *& prope sunt in venditione conjuncti*, *qui victoriam ipsius venditionis habeant*. *In tali itaque ordine*, *ut qui habent ipsam protomisim*, *& non sunt in ipsa terra*, *sed in alia*, *habent in venditione protomisim infra unius anni spatium &c.* juxta hanc lecturam Regentis Tapiæ est *textus*, qui extat in fine Capitulorum Regni cum adnotationib. Conf. de Bottis.

2 In fine *textus* hujus §. juxta lecturam Afflicti dicitur, *& non renunciaverint temere*; hac lectura usus fuit Jo: Nicolaus Mandina olim causarum patronus in sua allegatione pro Josepho Ferrigno cum fratribus de Sasso, a Rummi hic relata *pag.* 144. *col.* 2.; in lectura *Tapiæ* & *de Bottis* habetur: *& non renunciaverint emere*. Ex hac duplici lectura *textum* imperfectum restitui modo, quo vides, & earum instructus utere modo quo convenit.

3 Afflictus in 8. *not. num.* 16. *pag.* 128. *col.* 2. ait, quod Advocatus quando vincit in causa, dicitur habere victoriam, sicuti miles &c. Adde sic in *l. Advocati C. de advoc. divers. judic.* Impp. expresserunt quod *non minus provident humano generi*, *quam si prædiis*, *atque vulneribus patriam parentesque salvarent*: *nec enim solos nostro imperio militare credimus illos*, *qui gladiis*, *clypeis*, *& thoracibus nituntur*, *sed etiam advocatos*; *militant namque causarum patroni*, *qui glorioso vocis confisi munimine laborantium spem*, *vitam & posteros defendunt*.

4 Advocati pro victoriis obtinent palmaria quæ taxabantur ingentibus summis, ad quorum exorbitantiam refrenandam, secundam inter gratias Civitas Neapolis petiit Carolo Borbonio tunc hujus Regni, nunc Hispaniarum Regi, qui calendis Augusti 1746. petitioni annuit, methodumque dedit palmaria taxandi, ut ex petitione, & Gratia, quæ hic describuntur, videre est.

„ II. Essendosi considerato che il „ danno, che proviene non meno a „ questo fedelissimo Pubblico, che a „ tutto il Regno per gli palmarj, „ che si pretendono dagli Avvocati „ per tutte le cause da essi patrocinate, e difese, che vengono tassati „ senza limitazione alcuna a somme „ eccessive; sarà proprio della sua Real „ giustizia e clemenza il degnarsi ordinare, che fino alla somma di docati diecimila non debbano tassarsi „ i palmarj, se non che alla ragione „ del cinque per cento, avendosi riguardo alle fatighe, le quali si faranno. Nelle cause poi che eccedano i docati diecemila fino a docati ventimila non debbano tassarsi „ più che al quattro per cento. E „ nelle cause finalmente che oltrepassano i docati ventimila debbano tassarsi al tre per cento; con andare „ comprese in dette somme de' pal-

„ marj

„ marj delle quantità che spettano al „ Procuratore costituito in dette cause, e che il pagamento de' palmarj „ non possa pretendersi se non terminata la causa, e passata in cosa „ giudicata.

„ Placet palmaria deberi unis Advocatis statim a die latæ sententiæ, „ ex qua palmarium debeatur sine deductione ejus, quod Procuratoribus „ debeatur. Deberi autem ipsa palmaria, habita ratione dumtaxat ejus, „ quod ad illum perveniat, aut perventurum sit, secundum quem sententia lata fuerit, detracto ære alieno omnique onere; quod adhæreat „ rei in judicium deductæ, & acquisitæ, aut quomodocunque ejus valorem imminuat. Placet vero ita metienda esse palmaria, ut quum causæ summa decem millia ducatorum „ non excesserit, tres ducati singulis „ causæ ducatis centum palmarii nomine imponantur. Quum vero causæ summa major fuerit decem millibus ducatorum, minor vigintimillibus singulis causæ ducatis centum, duo ducati cum dimidio imponuntur palmarii nomine, ut hujus „ secundæ classis palmarium minus „ non sit ducatis trecentis. Quum „ autem causæ summa viginti millia „ ducatorum excesserit, minor vero „ fuit quadraginta millibus, singuli „ causæ ducati centum palmarium pariant duorum ducatorum; ita tamen „ ut hoc tertiæ classis palmarium minus non sit ducatis quincentis. Quum „ denique causæ summa major fuerit „ ducatis quadraginta millibus ad „ quamcumque summam maximam „ pertigerit, nec minus octingentis, „ nec majus millenis ducatis palmarium sit; & hoc mille ducatorum „ palmarium, summum, & extremum „ sit pro quolibet cujuslibet valoris „ causa. Placet etiam pacta quælibet „ contra hanc Constitutionem inita „ pro turpibus haberi; accepta, tanquam indebita restitui; & conventionis iniquæ & acceptionis reos „ Advocatos infames esse; ac propterea pœnis aliis arbitrio Judicantium „ infligendis obnoxios.

5 Rummi *pag.141.col. 2.ad9.notab.n.2.* circa præscriptionem remittit se ad suas adnotationes &c. Adde quod in hac Civitate ubi nostræ Consuetudines vigent, non datur præscriptio servitutum, etiamsi longissimi temporis, adversus casalenum sive domum destructam: *Consuet. contra habentem de aperturi, non faciendis*.

6 Idem Rex Carolus cum sua Regali Constitutione 14. Martii 1738. statuit *in* §. 3. *num.* 1. *&* 2. quod omnes Consiliarii quatuor Aularum S. R. C. in quatuor diebus singulorum annorum destinandis a Præside ejusdem Tribunalis simul congregentur, & decidant quandam disceptationem legalem tam legis communis, quam municipalis, proponendam alternatim ab uno ex Aularum Præfectis, & de decisione sequuta consulatur Rex, qui, si ei libuerit, approbare eam possit, & juxta decisionem a Rege approbatam tanquam legem conditam fieri debeant decisiones in nostris Tribunalibus. Jussitque primo loco discuti articulum an in Regno debeant admitti præscriptiones & quibus in casibus. Articulus fuit decisus die 23. Decembris ejusdem anni 1738. & sub die 15. Decembris 1742. a Rege approbatus.

7 Constitutio 18. Martii 1738. *d.* §. 3. *n.* 1. *&* 2. ita statuit.

„ I. Comechè si considera che la „ lunghezza delle liti in buona parte „ derivi dalle discussioni delle controvertite opinioni d' infiniti Articoli „ non meno della legge comune, che „ an-

„ anche delle leggi municipali di que-
„ sto Regno; Ordiniamo perciò, che
„ quattro volte in ogni anno si deb-
„ bano unire tutte le quattro Ruote
„ del S. C. nella giornata, che per
„ tale effetto si destinerà dal Presi-
„ dente del medesimo, ove si debba
„ da uno de' Capi di Ruota in giro
„ proporre un Articolo, come sopra
„ controvertito quale dall' intiero S. C.
„ debba decidersi; e deciso che sarà,
„ ne debba far rappresentazione a Noi,
„ affinchè, se altrimente non ci sem-
„ brerà, possiamo approvare una tale
„ decisione; ed approvata che sarà,
„ si debba secondo una tal decisione
„ giudicare ne' casi simili in tutt' i
„ Tribunali del Regno.

„ II. E perchè la più importante
„ determinazione si è quella, se in
„ Regno debba ammettersi la prescri-
„ zione, ed in quali casi; Per tanto
„ nella prima unione delle quattro
„ Ruote del S. C. vogliamo che deb-
„ ba trattarsi questa materia, deter-
„ minandosi la maniera colla quale
„ si debbano avere in Regno per pre-
„ scritte le azioni. E fino a tanto
„ che non sarà stabilito questo punto
„ generale, vogliamo, che da oggi
„ avanti se l' Attore muove lite con-
„ tro di alcuno, e l'azione di muover
„ la lite l' abbia acquistata trent' anni
„ prima di proponerla, in questo caso
„ non si possa dare il termine se non
„ dopo che saranno elassi due mesi
„ dal giorno, che sarà notificata la
„ prima petizione alla Parte avversa,
„ affinchè la medesima possa prepararsi
„ alla difesa, ed istruirsi di quelle
„ cose, delle quali verisimilmente non
„ può esser consapevole per il lasso
„ del tempo; e che dopo che saranno
„ scorsi due mesi, si proceda alla
„ compilazione del giudizio nella for-
„ ma prescritta di sopra. E compi-
„ lato che sarà il termine, e fatta la
„ Monizione *ad sententiam* non si
„ possa decidere la causa, se non dopo
„ che sarà passato un mese dal giorno,
„ che sarà notificata la Monizione.

8 Decisio autem facta ab omnibus Consiliariis quatuor Aularum S. C. sub die 23. Decembris 1738. fuit sequens.

„ Die 23. Decembris 1738. Junctis
„ quatuor Aulis pro executione §. 3.
„ *num.* 1. & 2. Regalis Constitutionis
„ editæ sub die 18. mensis Martii
„ 1738. Sacrum Consilium censet
„ Præscriptioni, qua actione extin-
„ guuntur, in quocumque Regni Foro
„ locum esse oportere, modo condi-
„ tionibus a jure civili, pontificio,
„ ac lege municipali præstitutis plane
„ sit confirmata. Propterea neque de-
„ bitorem qui ob conscientiam debiti
„ semper est in mala fide; neque
„ heredem, licet bonæ fidei, qui pos-
„ sessori malæ fidei successerit, præ-
„ scriptione juvari unquam posse. Ce-
„ terum in tertio possessore bonam
„ fidem præsumendam esse, ideoque
„ lapsu triginta annorum a die natæ
„ actionis, ac deductis temporibus de
„ jure deducendis, legitima præscri-
„ ptione eum recte uti posse. Ad hanc
„ tamen excludendam, licere Actori
„ apertis argumentis probare illum
„ possessorem, sive ab initio, sive in-
„ tra præscriptionis spatium vere in
„ mala fide fuisse, probationibus præ-
„ sumtæ malæ fidei prorsus rejectis.

„ Præterea in quæstionibus infra
„ notatis, ubi nullæ a litigatoribus
„ scripturæ productæ sunt sive publi-
„ cæ, sive privatæ non præscriptio-
„ nis ope, sed vi præsumtæ solutio-
„ nis ita decernendum putat.

„ Causidicos, sive Advocatos, &
„ Procuratores litium, ex quo vel
„ patrocinium reliquere, vel mandato
„ sunt defecti, pro honorario, aut
„ pal.

,, palmario, ſive laboribus intra bien-
,, nium agere poſſe, poſt id tempus
,, repellendos.

,, Notariis a die confectarum ſcri-
,, pturarum quouſque earum exemplum
,, ſive copiam non tradiderint, meri-
,, tarum mercedum cauſæ non ultra
,, biennium agere licere; traditis vero
,, quandocunque copiis quicquam pe-
,, tendi jus non eſſe.

,, Pharmacopolis ob vendita medi-
,, camenta, ſi adverſus eum, qui ea
,, acceperit, acturi ſint, biennium
,, concedi; ſi vero poſt ipſius obitum
,, ab herede repetere inſtituant, intra
,, duos menſes agendum; poſt a ju-
,, dicio removendos.

,, Fabros omnes, atque Artifices de
,, pretio rerum manufactarum, labo-
,, rumque mercede recuperanda, intra
,, annum experiri debere, poſt annum
,, a die operis expleti actionem peni-
,, tus negandam.

,, Denique famulis, ceteriſque, qui
,, operas ſuas locant, poſtquam a fa-
,, mulatu, miniſteriove diſceſſerint,
,, intra duos menſes, dumtaxat pe-
,, tendi ſalarium facultatem eſſe tri-
,, buendam.

,, Quæ tamen omnia robur ac fir-
,, mitatem capient in poſterum a die
,, promulgationis, ſi Regia Majeſtas
,, annuerit, quamobrem ad eam de
,, omnibus referatur. Vincentius de
,, Ipolito Præſes: Horatius Rocca.
,, Antonius Maggiocco. Franciſcus
,, Ventura. Carolus Danza. Hierony-
,, mus Arena. Franciſcus Maria La-
,, narius. Thomas Vargas Machucca.
,, Ferdinandus Porcinari. Franciſcus
,, Crivelli. Cæſar Inviti. Joannes
,, Antonius Caſtagnola. Dominicus
,, Bruni. Carolus Gaeta. Vitalis de
,, Vitale. Joſeph Caſimirus Capozzu-
,, tus. Thomas Xaverius Caravita.
,, Franciſcus Guerraſius. Balthaſar Ci-
,, to. Didacus Zapata. Cæſar Boſco.
,, Simon Salazar. Franciſcus Perrelli.
,, Donatus Antonius de Aſti. Tibe-
,, rius de Fiore: Franciſcus Porcelli
,, a ſecretis: Bernardus Tanuſius.

9 De hac & altera deciſione circa ali-
mentorum præſtationem filiisfamilias
renuentibus habitare cum patre juxta
Conſuetudinem Neapolitanam ſimul &
ſemel conſultus Rex Carolus eas ap-
probavit ſequenti diplomate.

,, Ha viſto el Rey las dos deciſio-
,, nes de las quatro Ruedas del Con-
,, ſejo hechas en execucion del §. 3.
,, *num.* 1. & 2. de ſu Conſtitucion
,, de 18. de Marzo del año de 1738.
,, y repreſentadas por V. S. con ſu
,, carta de 2. de Enero de eſto año;
,, una de las quales pertenece a las
,, Preſcriptiones, y otra a los Alimen-
,, tos, que los Padres deben a los
,, hijos en vigor de la Conſuetud
,, Napolitana, copia de las quales es
,, la adjunta firmada de mi mano.
,, Y haviendo Su Mageſtad aprovado
,, ambas las deciſiones en la forma, en
,, la qual las quatro Ruedas las han
,, formado. Me ha mandado dezir a
,, V. S. y que ſe obſerven como ley
,, en todos los Tribunales del Reyno,
,, y que V. S. diſponga, que ſe traſmi-
,, ta noticia autentica de eſtas deci-
,, ſiones, y de la adprobacion de Su
,, Mageſtad a todos los Tribunales
,, Colegiados del Reyno, encarcando a
,, eſtos, que hagan lo miſmo a todos
,, las Cortes inferiores, y reſpectiva-
,, mente ſubordinadas a los miſmos.
,, Dio guarde a V. S. muchos años
,, como deſeo. Palacio y Diziembre
,, 15. de 1742.: Bernardo Tanucci.
,, Señor Preſidente del S. C.

10 Et fuerunt lectæ & promulgatæ die
22. Decembris 1742. v3.

,, Supradictæ deciſiones S. R. C. ac
,, Regalis earundem approbatio fue-
,, run-


„ runt per me publice lectæ in Aula
„ majori S. R. C., congregatis ibi-
„ dem, ac pro Tribunali ſedentibus
„ Ill. Marchione Spectabili Domino
„ Præſide ejuſdem, ac omnibus Do-
„ minis Regiis Conſiliariis quatuor
„ Aularum præſentibus, quamplurimis
„ Magnificis Advocatis, & Procurato-
„ ribus, aliiſque perſonis in numero
„ copioſo. Die 22. Decembris 1742.
„ Franciſcus Porcellius à Secretis.

11. Ac ita publicatæ.

„ A dì 7. di Gennajo 1744. Io Paſqua-
„ le Moccia Lettore de' Regj Bandi di-
„ co aver pubblicate le ſopraſcritte De-
„ ciſioni del S. R. C. e la loro Reale
„ Approvazione per tutt' i luoghi ſoliti
„ e conſueti di queſta fedeliſſima Città
„ di Napoli = Paſquale Moccia.



§. VII.



§. VII.

ITem de ipſa Protomiſi in alio Græcorum capitulo continetur ; ut qui habent Protomiſim a tribus partibus, illorum potior ſit venditio ; & una pars nihil ibi habeat . Quod ſi habeant a duabus partibus , collatione facta recipiant eam omnes , ſicut propinquitatem habeant.

S U M M A R I U M.

1 *Vicini qui ſunt in jure congrui potiores?* num. 3. & 5.
2 *Privilegium ſocietatis majus eſt vicinitatis in petendo rem jure congrui.*
Jus congrui Neapoli quibus competat.
4 *Vicinitatis major numerus excludit minorem numerum conjunctorum in jure congrui.*
6 *Numerus impar præfertur pari .*
7 *Sanguine propior eſt in jure potior.*

HÆc eſt ſeptima pars principalis, ubi recitatur quædam alia Conſtitutio Græcorum , quæ ſimiliter loquitur de jure protomiſeos ; in qua quidem Græca Conſtitutione cavetur ; quod ſi rei venditæ Vicinus eſt propinquus, a tribus partibus , præfertur alteri vicino , qui eſt conjunctus ab una parte , vel ex duabus partibus : in tantum quod ille , qui eſt conjunctus ex tribus lateribus, habebit totam rem jure congrui , totaliter excluſo vicino, qui eſt conjunctus ex uno latere , vel duobus lateribus . Sed ſi vicinus eſt conjunctus duobus lateribus, & alter vicinus ex aliis duobus lateribus , vel ex uno latere tantum eſt conjunctus , & tunc res vendita proportionabiliter dividetur inter ipſos , quibus competit jus congrui , ſecundum proportionem propinquitatis, quam habent in illa re vendita. Hoc dicit uſque *ad* §. *ſi autem* .

1 Nota primo ex textu , quod licet pluribus competat jus congrui , ſi plures ſunt vicini conjuncti , ut dicit *text. hujus legis in princip.* ibi dum dicit , *autem decem pluresve ſint &c.* tamen non omnibus vicinis competit , ubi eſt vicinus , qui habet propinquitatem a tribus lateribus rei emtæ ; nam iſte ſolus a jure congrui excludit omnes alios vicinos . Sed juxta hoc quæro , quidam habebat domum pro communi , & indiviſo cum Titio , vult vendere partem ſuam , an vicinus , qui habet jus congrui a tribus lateribus , præferatur Titio conſorti ? certe non , quia primo competit jus congrui conſorti , ut dicit iſta lex in principio , & poſtea deficiente conſorte competit vicino , & inter vicinos præfertur ille , qui eſt conjunctus a tribus lateribus , aliis conjunctis excluſis, ut *Dom. Sebaſtian. in ult. conſuetud. de jure congr.* pro hoc facit , quod ſocius ratione ſocietatis ſuccedit Imperiali largitati ipſi ſocio , excluſo fiſco , ut in *l.* 1. *C. ſi ſol. Imper. larg. lib.* 10. patet ergo ,
2 quod majus eſt privilegium ſocietatis, quam vicinitatis in petendo rem jure
3 congrui . At eſt ſciendum , quod in Civitate Neapolis jus congrui primo competit ſoli conſorti ejuſdem domus: Secundo competit illi , qui ex parte inferiori habet domum, puta erat diver-

versorum dominorum, si venditur medium solare, ille, qui habet solare inferius, excludit illum, qui habet solare superius, & etiam excludit collaterales vicinos, & eadem ratione si venditur solare superius habens solare medium, præfertur habenti solare inferius, & etiam collateralibus. Si venditur solare inferius, ille qui habet solare super ipsum immediatum, potest illud petere jure congrui, exclusis aliis omnibus, secundum aliam consuetudinem Neapolitanam: Tertio competit jus congrui illi, qui habet domum superiorem: Quarto his deficientibus, competit collateralibus: Quinto competit illis, qui sunt propinqui per capita, collaterales vero non habent jus congrui, ut dicit *Dom. Sebast. in præallegata consuetud. de jure congrui*, quæ incipit *si domus habet*. Sed de hoc non fit mentio in ista lege, ideo omitto examinare, quod ibi tangit *Dom. Sebastian.* Quomodo sciemus, quod una domus habens plura solaria dicatur una domus vel plures domus. Item quare jus congrui competit inferiori membro potius, quam superiori, de quibus per eum.

3 Sed juxta materiam nostram quæro, venditur domus, quæ est mihi conjuncta in tribus partibus, Sempronio vero est conjuncta ex una parte, sed est consanguineus venditoris, quis præfertur? Respondeo, quod præfertur conjunctus ex tribus lateribus, seu partibus, qui habet jura duplicata, & ille non habet; nisi duo jura, & tria jura vincunt duo, ut in *auth. itaque C. commun. de success.* & notat *glos. in vers. meliores in auth. ut Cler. apud propr. Episcop.* facit pro hoc illud assertum, quod probatio semiplena non derogat plenæ probationi, secundum *Andr. de Isern. cap. 1. inter pares de leg. Corrad. & Baldum in cap. 1. §. sacramentum de consuetud. rec. feud. & Bart. in l. 1. ff. de vendit. inspic. & Bald. in l. bonæ fidei C. de jurejurand.* Sed quid, si est Sempronius conjunctus ex duabus partibus, & est consanguineus, quisnam præferatur. Respondeo, quod quilibet pro medietate, & pro æquali portione venit ad jus congrui; æquiparant enim tertiam vicinitatem conjunctioni sanguinis; & ideo cum in æquali vicinitate sint, ambo veniunt ad jus congrui, quilibet pro medietate, & hoc est æquum, & licet ex mente literæ appareat contrarium, dum dicit generaliter, quod habens tres vicinitates excludit omnes. Multo fortius, si habeat quatuor, ut in *auth. multo magis C. de sacrosanct. Eccles.* & ideo si Sempronius esset consanguineus, & haberet tres vicinitates, certe ille præfertur alteri, qui habet tantum tres propinquitates, quia habet jura quadruplicata, argumento *dict. auth. itaque cum similib. supra alleg.*

4 Secundo notatur ex *textu*, quod major numerus vicinitatum excludit minorem numerum conjunctionum, facit *l. si debitori ff. de fidejussorib.* ibi: *Quia major tollit minorem*, nam & majori parti standum est, ut *extr. de renunc. cap. cum inter cum concordant. & l. nulli ff. quod cujusque univers. nom. & ff. ad municip. l. quod majori cum similib.* Item si sunt tres Judices delegati, statur sententiæ majoris partis, ut *ff. de re judic. l. duo ex tribus*. Item in Judices ordinarios, ut *ff. eodem tit. l. Pomponius, & ibi glosa & C. quando prob. non est necess. l. cum magistratus*. Item in arbitris, ut *ff. de arbitr. l. item si unus §. fin.* sic etiam statur majori parti creditorum, ubi tractatur de parte debiti remittenda, ut *ff. de pact. l. juris gentium, alias l. & suum §. hodie autem, & l. majorem, & l. rescriptum in princ.* fa-

facit *l. fin. C. qui bon. ceder. poss.* ubi dicitur, quod si debitori petenti inducias ad solvendum, major pars creditorum inducias tribuit, statur majori parti creditorum, facit *d. l. majorem ff. de pac. & sepul. cap. fin.* & de hoc consuluit *Dom. Joan. Ludovic. in cons. incip. debuit unus*, quod consilium positum est inter consilia Baldi.

5 Tertio notetur ex *textu*, ibi *una pars* quod iste *textus* potest habere duplicem intellectum, scilicet quod dicitur vicinus, qui habet vicinitatem unam, vel duas, & ita posui in summario: Secundus intellectus est, quod habet jus congrui, qui a tribus partibus est vicinus, & ille, qui vicinitatem, & unam partem tantum habet, non habet jus congrui. Sed si a duabus partibus habet, admittitur ad jus congrui pro tribus partibus proportionabiliter, idest ille, qui tres confines habet, habebit tres partes; qui vero duos confines, duas partes habebit, & iste intellectus est magis æquus.

Quarto nota ex *textu*, quod vicinus habet jus congrui pro ea parte, pro qua est conjunctus secundum portionem conjunctionum, ut expresse probat iste *textus*.

6 Quinto nota ex *textu* de trino numero, & sic de numero impari. Felicius enim agitur aliquid in numero impari alias dispari, quam in numero pari, ut *ff. de arbitr. l. item si unus*, *& de offic. deleg. cap. prudentia in fin.* & de numero perfecto notat *Joan. Andr. in fin. proœm. lib. 6. in vers. perfectus*, & de septenario, & quaternario numero, vide *extr. de consangu. affinit. cap. non debet, & de celebr. mis. cap. 1. & 15. dist. cap.* 1. Item de plurali numero, & singulari in *cap. pluralis locutio de reg. jur. in 6.*

7 Sexto nota *textus* ibi *potior*, quod potior in sanguine est potior in jure congrui, sicut dicimus, quod qui prior in tempore, potior in jure, ut in *tot. tit. ff. qui potior. in pign. hab.* ad hoc etiam regula *C. de potior. ad mun. nom. lib.* 10.: Septimo, & ultimo nota ex *textu*, quod paria sunt, si vicinus habeat unam conjunctionem, & vicinus alter habeat alteram conjunctionem; & si habeat duas conjunctiones, si alter vicinus duas alias habeat conjunctiones; & consequenter veniunt ambo pro æquali portione ad jus protomiseos, ut æqualitas inter ipsos servetur, ut in *l. fin. C. de sumt. & lit. expens. cum concordant. & in auth. quib. mod. natur. effic. sui §. filius*, & de æqualitate servanda multa dixi in *cap. Imperator Lotharius*, in illa quæstione magna, an patruus succedat nepoti. Alia notanda hic non sunt propter brevitatem *textus*, ideo venio ad §. sequentem, qui incipit *si autem concurrat*.

Hunc §. non habet exemplar unicum, quod tunc habebamus, cum hæc præli festinatione e manibus eriperentur: sed hæc etiam Constitutionum Neapolitanarum Codex ille maximo apparatu certarum, atque characterum magnificentia Venetiis impressus, sed depravatissime, si quis alius unquam habet. Porro sufficere nobis abunde puto, si glosam ipsam habuerimus, donec integer Constitutionum liber exeat. Liquet namque Constitutionis Textum in frontispitio positum a sexta quidem particula ad finem usque penitus in inversum.

ADDITIO

Ad §. VII.

SUMMARIUM.

1 *Constitutio Græca de jure protomiseos in quo differat a Constitutione* Sancimus,

cimus, & a Consuet. Neapolit.

2 *Vicinus quis sit.*

3 *Loca convicinia quæ dicantur, & maxime secundum Bullam Xistinam.* num. 4.

5 *Vicinus dicitur, qui prædia sic vicina habet, quod ejus vox auditur.*

6 *Potiores vicini qui sint in jure protomiseos.*

7 *Vicinus quomodo unus possit esse magis vicinus quam alius.*

8 *Concors, qui dicatur.* & num. 13.

9 *Consortes qui dicantur.*

10 *Jus protomiseos an potius consorti, quam vicino competat.*

11 *In venditione rei communis quid servandum.*

12 *Consuetudo admittit consortem, & socium.*

14 *Consors, sive socius, an præferatur in venditione jurisdictionis, & casus refertur.* num. 15. *ac decisio Sac. R. Consilii.* num. 16. & 17.

18 *Jurisdictio est de jure publico.*

19 *Consors si minus pretium offerat in venditione rei an præferatur.*

ADde ad hunc §. *Benedell. in hoc eodem* §. *num.* 1. *fol. mihi* 88. & *Benedellum Jacob. Novell. aliosque Scribent. in tract. de jure protomis.* & no-
1 ta, quod differt *Constitutio hæc Græca a nostra Consuetud. Neap.* incip. *si ex uno latere posita sub tit. de jure congrui*, nam in hac *Consuetud.* disponitur, ut existentibus pluribus ex uno latere, & ex alio latere uno tantum, ut medietas competat uni, & altera medietas aliis; hic vero secus: nam plures ex una parte existentes præferuntur uni tantum ex diversa parte conjuncto. Discrepat etiam a *Consuetud. nostra*, circa ordinem requisitionis faciendæ.

2 Ad 1. *Notab.* ubi quid sit vicinus? dic vicinum esse illum, qui domum vicinam, vel propinquam habet, vel vicum, *l. vicinus C. de nupt.* vel etiam qui prædio cohæreat, ita apud *Benedell. in ejus animadvers. & signanter in rubr. impressa post tractatum editum per Prosper. Rendell. fol. mihi* 363. *num.* 2. quomodo vero intelligantur,
3 & quæ dicantur loca convicinia, vide *Bart. in l. si tertius ff. de aqua pluvia arcenda*, & *in l. fin. C. de iis quibus ut indignis*, *Mantuan. in eodem tractatu*, *ac Bald. Perusinus super* 10. *dubio*, *Luc. de Penn. in l. quicumque* §. *fin. vers. uniuscujusque vicinus C. de omni agro deserto libr.* 11. *Bard. in* §. 4. *numer.* 6. *fol. mihi* 55. *in antiquis in eodem tractatu de jure protom.* ubi tractat de *Bulla Xistina*,
4 & inquit, quod capiuntur pro contiguitate, ac domibus contiguis, dum in ea agitur de incorporatione domorum, quæ propter contiguitatem fit
5 ad Urbis ornamentum; vicinus etiam est ille, quia loca proxima, ac prædia ita vicina habet, unde ejus vox auditur, quando clamat, *l.* 1. §. *eodem ff. ad Senatuscons. Syllanian.* vel etiam cujus ædes conspiciuntur, ut habetur apud eumdem *Benedell. in rubr. ejusd. num.* 18.

6 Sed qui potiores in hoc jure congrui horum vicinorum? dic, quod non tantum illi, qui habent majorem vicinitatem, verum habentes etiam minimam, dummodo sit socius, consors, vel de parentela; hic an excludit omnes alios vicinos, per *textum in l. si emtore ff. de minorib. ita apud Maxill. in Barensi Consuetud. si duo n.* 8. *cum Benedell. super hoc eod.* §. *num.* 17. qui citat eumdem *Maxill. vide noviss. Addentes ad Capyc. in addit. ad decis.* 36. *numer.* 2. & quando una vicinitas intelligatur proximior alterius, vide *Rendel. in eodem hoc* §. *in vers. domum prope castrum*

 num. 3.

num. 3. ubi citat *Marantam in tract. multipl. alien. prohib. num.* 124. qui
7 declarat: *Quomodo unus possit esse magis vicinus, quam alius*, vide etiam *Tiraquel. in tract. de retract. lignag.* §.1. *glos. 9. num.26. citatum ab eod. Rendell.* & nonnulla conceduntur ratione vicinitatis, quæ alias minime concederentur, *text. & glos. in cap. quoniam 12. cap.1.* & aliæ apud *Marant. in disput. 8. n.33.*

8 Dum fit mentio hic de consorte, adde quod consors est ille, qui rei dominii particeps est, ita *Bald. in l. dudum in fin. ff. de contrahend. emt. & vendit.* & quod ita sit sumendus in statutis loquentibus de consorte, idem *Bald. ut supra*, sic etiam dicitur consors ille, qui est socius in una re, vel in pluribus, *glos. ex §. item si inter Instit. tit. de obligation. quæ in quasi contract. nascuntur*, *Alex.*
9 *in cons.* 40. dicuntur etiam consortes illi, qui sunt de parentela, ita *Salyc. in l. dudum post glos. C. de contrahend. emtion.* videas *Felin. in rubr. de tregua & pace column. 7. Specul. in tit. de appellation.* §. 1. *vers. & permissu obtinent.*

10 Sed in venditione unius rei an potius competat hoc jus congrui consorti, ac socio ejusdem rei, quam vicino, qui conjungitur ex parte lateris, vel capitis, sicut disponitur per nostram *Consuetud. si quis habet in eodem tit. de jure congrui*, vide *Joannem de Amicis in suo cons. 20. & Marsil. in l. 1. §. cum quidam ff. de quæst. n.20. & Boer.* sollemniter *in decis.*
11 117. & quid observandum in his venditionibus rei communis, vide *Capycium decis. 36. & Masull. & alios Addent. ibid. Ursil. ad Afflict. in decis. 23. n. 6. & 7. citantem Tiraquell. in tractatu primogenit. quæst. 60. a num. 15. & 16. fol. 159. Boer. decis.* 46. & licet de jure communi per *l. dudum C. de contrahend. emtion. & ven-*
12 *dition.* excludatur consors, tamen consuetudo regionis admittit consortem, & socium, *textus* est in *l. commune Cod. de consort. textus in l. communi liberto ff. de bonis libertor.* ita refert *Bened. in §. in primis tractat. eodem n.34. vers. an autem consors, & in rubr. de jure protomis. in animadvers. impress. post tract. Dom. Rendell. n. 27. &*
13 28. ubi consors dicitur ille, qui in communi possidet rem, ita *Ferroneus in consuetud. Burdegal. libr.1. de*
14 *retract.* §.2. quid autem quando venditur quædam jurisdictio, an consors, & socius ceteris præferatur, juxta *Baldi* doctrinam in *l. 1. Cod. qui testament. fac. poss. & in l. quicumque Cod. de fundo limitroph. libr. 11. idem Prosp. Rendella in §. in primis in vers. socii numer. 54. fol. mihi 126.* qui citat *Ferroneum in consuet. Burdegal. de retract. in §. 2. ubi refert decis. contra*
15 *Baldi opinionem in causa Regis Navarri, & Dominici Cesti*, qui volebat admitti se ad partem jurisdictionis cujusdam Castri venditi, in qua non
16 fuit admissus. Sed tamen pro opinione *Baldi* faciunt decisio Sacri R. Consilii *Domin. de Franchis* 18. & alia allata per *Addent. ad consuetud. Neapolitan. in proœm. in §. præfatis lit. F, & Franc. Marc. decis.359. part.*
17 1. verum sicut idem *Prosper Rendella* refert fuisse decisum in Reg. Collater. Cons. in causa vertente inter Vincentium della Tolfa, cum Universitate Castri Cisternini, quæ Universitas, ut fert, fuit admissa ad prælationem jurisdictionis criminalis venditæ dicto Vincentio a Regio Fisco, restituto ei pretio, exclusa Ecclesia Cathedrali Civitatis Monopoli, non obstante, quod habebat jurisdictionem civilem, ac mixtam dum ei non competebat; nam si compe-

petiisset Ecclesiæ, Universitas excludebatur (ait ipse) pro cujus sententia ac decisione multa ibidem *a num.*
18 *56. usque ad finem*, jurisdictio est introducta de jure publico, *l. quicumque Cod. de fund. limitroph. lib.* 11. & si
19 consors præferatur in venditione rei, si offerat minus pretium ratione consortii, videas pro articulo *Benedell. ubi sup. loco citato d. §. in primis num.* 35. & 36. ubi consors etiam dicitur ille, qui minimam habet partem in re, sicut notatur in §. *quod si frumentum Institut. de rerum divis.* differentias inter consortem & proximum, vide apud *Ludovic. Rom. in cons.* 100. *de consorte ponderandus in l. cum quidam §. quod dicitur ff. de acquirend. heredit.*

SUMMARIUM.

1 *Vicinus cohærens in majori parte, quam alius, aut concurrentibus aliis vinculis, an admittatur.*

1 IN *vers. juxta materiam ad hunc vers.* adde remissive *Bardum in tract. de jure protomis. super explicat. Bullæ Xistinæ in secundo notab. §.* 1. *num.* 2. *vers. si unus*, ubi quærit, quid in vicino adhærente pro majori parte, quam alius vicinus, vel concurrentibus aliis vinculis, vel si res esset affinis; & citat *Maxill.* qui eam bene resolvit in *Consuetud. Barensi in titul. de jure protomis. il primo, in §. fin. per totum, & in §. 8. incip. & si forsan duo, num.* 1. *notab.* 1. & vide etiam *Rendell. hic in §. scriptum est, in vers. una pars nil habeat num.* 6. & 7. *usque ad finem vers.* ubi dicit, *Afflict. nostrum* hic errasse, ac se somniasse, quem sequitur *Borgnin. Caralc. in decis.* 20. *num.* 26. *art.* 2. *de contractib.* sed non debebat in his verbis prorumpere adversus tantum insignem, & eximium virum.

SUMMARIUM.

1 *Major numerus vicinorum, qualiter explicatur.*
2 *Major numerus vicinitatis, quando intelligatur.*
3 *Ubi majora vincula concurrunt, ibi major pars præfertur.*
4 *Major pars creditorum admittitur in concedenda dilatione quinquennali.*
5 *Major pars creditorum concurrentium, qualiter intelligatur.*
6 *Dilatio quinquennalis non fit contra Venetos, & decisiones afferuntur.*
7 *Privilegium Mercatorum Venetorum servatur inviolabiliter.*
8 *Qui concedit, revocare potest.*
9 *Privilegium a Principe concessum, potest ab eo revocari.*
10 *Dilatio quinquennalis semel concessa, an iterum concedi debeat, referuntur decisiones.*
11 *Dilatio quinquennalis an concedatur pro debitis pensionum domorum, rerum comestibilium, & dotis.*
12 *Clericus an declinet forum in judicio dilationis quinquennalis.*

AD 2. *notab.* adde *Marantam in tract. de multiplici alienatione prohibita num.* 122. *in fine*, & præter eum omnino *Napodanum in consuetud. si ex uno vers. ex parte tit. eodem*; major vero
1 numerus vicinitatum intelligitur, ut sint illæ vicinitates, quæ a lateribus conjunguntur; nam primo istis lateribus datur congruum, deinde vero capitibus, ut apud eumdem *Marantam loco supra citato, & per Napodanum in verb. a*
2 *capitibus*, sic etiam intelligitur major numerus vicinitatum, quando quis habet aditum, ac introitum ad domum suam per domum conjunctam vicini, *l. quod conclave ff. de damno infe-*

infecto, *ita Benedell. in ejus animadversionib. in §. penult. in fine*, *& Bard. loco supra citato in dicto §. 5. notab. 2. vers. si vero num. 2. fol. mihi 65.*
3 & ubi majora vincula concurrunt, ibi pars vicinitatis præfertur, argumento *l. in adoptivis ff. de adoptionib.* ex
4 quo infertur per *Afflict.* etiam esse attendendam majorem partem creditorum concurrentium pro danda dilatione quinquennali, seu moratoria communi debitori eorum, juxta disposita
5 per *text. in l. majorem C. de pact.* quæ major pars debet esse in quantitate, non vero in numero, pro quibus videas *Ursill. ad Afflict. in decis. 288. num. 3. & 6. & Carol. de Grassis in tract. de except. 32. num. 180. & 182. & Præs. de Franch. in decis. 179.* ubi habetur etiam, quod minor pars creditorum a majore minime cogi possit ad concurrendum in tali dilatione concedenda quoad personam tantum, & non etiam quoad bona, in alia *decis. 82. n. 5.* vide etiam ad materiam hanc *Bernard. Muscatell. in praxi civil. Sac. Reg. Cons. part. 4. in glos. in verb. petendum num. 15.* sic concludens, quod major pars intelligitur in quantitate debita, non in nume-
* ro personarum, cui debetur *, & similiter ac omnino vide *doctissima commentar. Dom. Regentis Marchionis Tapiæ in ejus amplissimo Cod. Jur. Regni part. 4. tit. de moratoria*, *ac salvocondučto*, ubi satis eleganter, & copiose tractat hanc materiam, limitando plures casus, in quibus hæc moratoria, & quinquennalis dilatio locum
6 non habet, cui adde, ut nec contra mercatores Venetos possint fieri hæ quinquennales dilationes, ac moratoriæ, ut ex privilegio specialiter eisdem mercatoribus Venetis concesso per Catholicam Majestatem Ferdinandi I. in anno 1560. cujus verba substantialia sunt, videlicet: *Si dichiara, che non si possano allegare da nissuno privilegio, o lettere moratorie, supersessorie, o de dandis bonis, ovvero qualsivoglia altra cosa, che impedisse la giustizia di essi mercanti ec.* deinde in fine *Placet Regiæ Majestati*: *ut ex actis penes Actuarium de Scacciavento rubricatis*: *volumen scripturarum Joannis Baptistæ de Francisco Morrone Veneto cum aliis*, ubi fuit productum tale privilegium juxta sui seriem, & tenorem, & *commentaria doctissimi Regentis Scipionis Rovito super Pragm. 3.*
7 *eodem tit.* & nota, quod tale privilegium mercatorum Venetorum inviolabiliter in Sacro Regio Consilio fuisse in observantiam ad beneficium dictorum mercatorum Venetorum, sicut fuit in causa appellationis interpositæ pro parte Laurentii, ac Aurelii de Funestis, creditores recusantes concurrere uti Veneti, stante eorum privilegio, qui erant conventi ad concurrendum cum non recusantibus, qui fuerunt condemnati per Magnam Curiam Vicariæ ad concurrendum in biennali dilatione cum creditoribus non recusantibus, dum ipsi concurrere renuebant, quibus visis videndis, visoque supradicto privilegio concesso per Serenissimum Regem Catholicum Ferdinandum Primum ad beneficium Venetorum *fol. 40.* per Sacrum R. Consilium definitiva sententia fuit declaratum, bene appellatum ad Majestatem nostram, & nostrum S. Reg. Consilium pro parte prædictorum creditorum de Funestis, & propterea absolvendos esse, & absolvi debere, prout diffinitiva prædicta sententia fuere absoluti, ac liberati a concurrendo in petita biennali dilatione pro parte creditorum concurrentium, quod fuit olim ad relationem ejusdem *Illustrissimi Marchionis Tapiæ tunc Regii Consiliarii* in eodem Sacro Re-

Regio Consilio in aula Regii Consiliarii Nicolai Antonii Gizzarelli anno 1604. die 5. Aprilis penes Vassallum Actuarium, nunc Vincentius Curellus, quae decisio fuit posita in novissima impressione *ejusdem Dom. Gizzarelli* 70. *in ordine cum allegationibus ornata, & novissimis adnotationibus ampliata*, & sic fuit revocatum decretum Magnae Curiae Vic. licet secus fuerit secutum in causa Joannis Baptistae de Francisco Marrone de Bergamo Veneti contra Marcum Aurelium Marconum ejus debitorem, cui fuerat concessa triennalis dilatio petita ad ejus beneficium per creditores concurrentes, ut non obstante supradicto privilegio, minime molestaretur supradict. Marconus debitor, nec in bonis, nec de persona, durante tempore dictae triennalis dilationis per dictum ejus creditorem, & hoc fuit ad relationem Regii olim Consiliarii D. Gregorii de Augulo in anno 1650. causae Commissarii, qui fuit postea creatus Consultor in Regno Siciliae, ibique mortuus, est decisio Sacri R. Consilii, & ratio fuit, nam dictus Marconus debitor supplicavit Domino Excellentissimo Proregi circa hoc, qui ordinavit ut Sacrum R. Consilium relationem faceret, qua deinde eidem facta per praefatum Dominum causae Commissarium, fuit confirmata dilatio supradicta, non obstante dicto privilegio :

8 Actuarius de Scacciavento. Qui enim concesserat dictum privilegium, revocare etiam potuisset, secundum communem opinionem allatam per *Butrigar. & Eminentissim. Cardinalem Zabarellam, & Abb. in cap. in natura de injuriis & damn. Curt. Jun. in consil.* 1. *numer.* 34. *vol.* 1. imo

9 etiam absque causa, sed sola plenitudine potestatis, potest revocare Princeps privilegium ab eo concessum, *textus in l. qui fundus Cod. de omni agro deserto libr.* 11. *glos. cap. de cetero de regul. juris in 6. Bald. in cons.* 139. *column.* 3. *& cons.*300. *column. 6. Cravett. in cons.*276. *num.* 7. *column.* 2. quod videtur contra id, quod habetur in *supra citata decis.*70. *Gizzarell.* ubi etiam in fine ait, quod tale privilegium non potest derogari, cum sit concessum toti Reipublicae Venetorum ; & ideo non potest tol-

10 li : semel autem dilatione quinquennali concessa, an iterum concedenda debitori ad instantiam creditorum concurrentium petita ; negative, ut apud *de Thoro in compend. decisionum part.* 3. *in verb. dilatio fol.* 302. verum ipse refert vidisse plura decreta circa hoc interposita per Sacrum Regium Consilium ad relationem *Dom. Regii Consiliarii Petri Pauli Theodori Genitoris bonae memoriae Reg. Consiliarii Scipionis Theodori, olim Jurisconsulti celeberrimi primae classis in Sac. R. Consilio*, ut in causa creditorum Andreae, & Baptistae Conte, cum creditoribus recusantibus, quam ipsemet *Thorus ibidem* inserere curavit, quibus debitoribus non tantum idem Sacrum R. Consilium semel, sed bis, ac etiam ter concessit dilationem quinquennalem, non obstante recusatione creditorum non concurrentium ; prolatis dictis sententiis in anno 1575. die 30. Martii, 1580. & 1585. penes Actuarium olim Galderium, nunc di Litto.

11 Et si habeat locum in debito contracto ex causa pensionis domorum, vel rerum comestibilium, vel pro censibus domorum, vide *Regis Feder. cap. de ann.*1408. *inter volumen cap. Neap.* de quo meminit *Anna pater in singul.* 101. ubi sic fuisse decisum testatur per Sacrum R. Consilium in anno 1555. & quid in causa dotis, eum

eumdem *Anna ibidem citatum*; pro materia vero dilationum illarum videas *allegationem* 35. *in* 1. *quæsito dicti Regii Consil. Theod. Junioris*, ubi doctissime de his dilationibus etiamque de illis, quæ per Principem conce-
12 duntur; & an clerico liceat declinare forum sæculare concurrendo in causa dilationis petitæ pro majori parte creditorum, *Dom. Regens Sanfel. in dec.* 305.

SUMMARIUM.

1 *Partis appellatione venit dimidia, aliquando contra.* & num. 3.
2 *Pars quotupliciter dicatur.*
4 *Quando quis dicatur habere partem in re communi.*

1 AD 3. notab. adde, quod appellatione partis in dubio venit dimidia, *l. etiam ff. de usufruct. l. de ætate §. qui interrogatus ff. de interrogat. act.* & alia apud *Joannem Bertach. in suo amplo repertor. in lit.* P, *in verb. pars*, vide *glosam in cap. potuit penult. extr. de locato & conduct.* immo quod etiam intelligatur de dimidia, tenet *Benedell. in hoc eodem §. in text.* ibi: *a tribus partibus*, juxta *l. nomen §. portionis ff. de verb. signif.* ubi a tribus partibus intelligitur, videlicet a tribus lateribus, ut inquit idem *Benedell. hic num.* 2. &
2 quotupliciter sit pars, & quomodo intelligatur, in dicta Bulla Xistina, adde *Marc. Anton. Bardum in §.* 5. *notab.* 2. *supra citat. num.* 2.
3 ubi appellatione partis, de dimidia intelligitur, ut prout sibi aliquid est adjectum, ut apud eumdem *Bardum*, & *apud Afflictum nostrum in decis.* 44. *num.* 32. *Prosper. Rendell. in hoc eodem tract. in vers. a duabus partibus*,
4 *n.* 2. & an dicatur quis habere partem ad domum, videlicet respectu putei, balnei communis, vel aditus seu accessus foveæ, vel canalis, cum omnino ista sint portiones domus, *l. prædiis §. balnea ff. de legat.* 3. & alia allata, apud *Gratian. discept. forens. discept.* 326. *n.* 5.

SUMMARIUM.

1 *Numerus impar an sit divisibilis.*

AD 5. notab. (quarto omisso) dum circa ejus materiam sunt annotationes supradictæ, nunc adde hunc 5.
1 notab. quod numerus impar est indivisibilis in duas partes æquales, unde Græci vocant illum Ἴκαςαν immo *Poeta Mantuanus* inquit:

. . . . numero Deus impare gaudet,

ut in *Ecloga* 3. & sic *Horatius* 3. *sermon. sat.* 3. ibi:

Ludere par impar, equitare arundine longa.

SUMMARIUM.

1 *Vicinitas debet concurrere cum consanguinitate in materia juris protomiseos.*

AD 6. notab. adde, quod sola consanguinitas minime sufficit ad ob-
1 tinendum congruum, sed cum ea etiam vicinitas debet concurrere; ideoque si adest inter consanguineos unus, qui est sanguine conjunctus tantum, & alius habet vicinitatem, ac rei propinquitatem cum sanguinis conjunctione, dicendum est, quod iste sit præferendus propter vicinitatem; nam vicinitas cum consanguinitate magis attenditur; duo etiam vincula magis stringunt, *l. in adoptivis C. de adopt. ita apud Scribent. hic*, & *signanter apud Benedell. in supra cit. tract. de jure protomis. in rubr. n.* 51. & infra etiam adnotabimus in §. *sequ.*

§. *sequ. n.* 1. & si consanguineus obtinuit sententiam contra emtorem condemnatum ad relaxandam rem, soluto ei pretio; si poterit renunciari sententiæ prædictæ, & si emtor potest eum cogere ad pretium sibi solvendum, & ad rem accipiendam jure prælationis per eum petitam, dum fuit condemnatus ad illam relaxandam, *Gratian. discept. forens. in cap.* 572. *n.* 22.

SUMMARIUM.

1 *Æqualitas in judicio erit servanda.*

2 *Prælatio conceditur, ubi major adsit vinculum.*

1 AD ultimum notab. adde; quod in judicio semper est servanda æqualitas, hoc etiam ait *Afflict. in Constitut. Regni in rubr. de defensis im-*
2 *ponendis num.* 10. sed quid si unus ex his habeat majora vincula, insimul cum conjunctione, ac consanguinitate: dic quod ibi datur prælatio, de quo etiam supra denotavimus *in* 2. *notab.* adde insuper *Dom. Benedell. in* §. *item de ipsa protomis. num.* 17. *vers. nec est ignorandum.*



NOVÆ ADDITIONES
AD §. VII.

1 ADde ad *pag.*158.*n.* 5.*col.* 1. quoad dilationes quinquennales sive moratorias, quod ne Creditores vere fraudentur a simulatis Creditoribus, Regali *Constit.* 14. *Martii* 1738. §. 5. *num.* 12. statuitur, non admitti consensus Creditorum, quorum credita non sint vigore publicarum scripturarum, aut literarum exequutorialium expeditarum elapso anno a die, quo petitur dilatio quinquennalis in beneficium debitoris.

2 Debita autem pro alimentis includi non possunt in moratoriis, ut ex sequenti diplomate:

„ Ho hecho presente al Rey loche „ V. S. con el Tribunal le ha representado en consulta de 29. del pasado, en observancia de la orden, „ que le dirigio con motivo del recurso, que le hizo D. Aurelia Imperial, Duquesa de Andria, para ser „ satisfecha de la atrasada suma de „ 2644. ducados, que debe conseguir „ del Duque de Andria su hijo por „ todo el mes de Agosto del año pasado, por razon de su dote, y antefato; y de querer S. M. saver por „ punto general, si las duedas por causa de alimentos vengan comprehendidas en las moratorias, que se dina conceder a los deudores; Y enterado S.M. de todo lo que al Conseyo se le ofreze sobre este asumpto; „ se ha servido declarar que no se „ comprehenda en la moratoria la causa de alimentos corrientes, y de los „ que han causado deudas al alimentario. Y por lo que tocha a la Duquesa D. Aurelia Imperial; manda „ che el S. C. lo diga, y la haga „ prompta justicia a tenor de dicha „ declaracion. Y de real orden lo participo a V. S., para que lo tenga „ entendido, y an se execute, a cuyo „ fin restituio el memorial ynclusо de „ dicha Duquesa a V. S., que guarde „ Dios muchos años como deseo -- „ Palacio a 6. de Junio 1739. -- Bernardo Tanucci -- Señor Presidente „ del S. C. -- Die 14. mensis Maji „ 1739. -- Exequatur regalis ordo -- „ De Ipolito.

3 Hæc dilatio quinquennalis peti debet in illo Tribunali, ubi fuit processum contra debitorem, ut ex sequenti diplomate melius patet.

„ De orden del Rey se me ha remitido de la Segretaria del Duque de „ Montealegre un villete, cuya copia „ es la yncluѕa firmada de mi mano, „ y que de real orden passo a los de „ V. S., paraque disponga que el S.C. „ execute su contenido. Dios guarde „ a V. S. muchos años como deseo. „ Palacio a 27. de Junio 1741. = Bernardo Tanucci = Señor Presidente „ del S. C.

„ Haviendo dado cuenta al Rey del „ recurso, que V. S. me remitio con „ su papel de 25. de Abril pasado „ de los acrehedores en mayor suma „ de Marcos Antonio Cassino, los quales conociendo la impossibilidad de „ su deudor, havian resuelto concederle la dilacion quinquenal, la que „ venia impedida por otros acrehedores de menor suma, por lo que pedian, que la G. C. de la Vicaria „ procedielle sin embargo de que las „ deu-

„ deudas sean por causa de negocio; „ ha parecido a S. M. esta instancia „ de dichos acrehedores en mayor su- „ ma directamente contraria a la real „ resolucion de 9. de Noviembre del „ año proximo pasado, que comunique „ a la Camara de S. Clara a la Vica- „ ria, y demas partes donde toca, en „ la que se decia, que como los cre- „ ditos, por los quales expedia el „ Magistrado del Comercio, y los „ Consulados letras executoriales, sen „ regularmente de los mas privilegia- „ dos, como de letras de cambio; „ y los mas fuertes atrahen a sì los „ menos fuertes; de manera que un „ deudor, que tal vez podria ser „ admitido al beneficio de la cession „ por otros creditos, però no por „ aquellos privilegiados, segun acahecia „ en tiempo que subsistia la Delega- „ cion de los cambios; que los deu- „ dores de letras de cambia, no po- „ dian introducir en otro Tribunal, „ que en el mismo de la Delegacion, „ el juicio de la cession, aunque en „ la Vicaria, o en otros Tribunales „ subjessen causas dedottas, pues dife- „ rentemente se eluderian las leyes „ establelicidas a favor de la negocia- „ cion; de manera que, hallandose „ alguno preso de orden de Magistrado „ de Comercio, no puede intentar el „ juicio de la cession, bienque despues „ sobrevengan amparas de otros acre- „ hedores. Y por el contrario que „ hallandose algun preso por duedas „ deducidas en otros Tribunales, se „ procederà al juicio de la cession por „ aquel a quien pertenece con todo que „ despues salgan otros acrehedores por „ causa de Comercio; pues en este „ caso el Magistrado, el Consulado, „ a quien pertenecera, procederà co- „ metiendo la execucion al Tribunal, „ donde los patrimonios se hallan de- „ ducidos, con orden, que los acre- „ hedores en mayor suma de Marcos „ Antonio Cassino deben enderezar la „ demanda al Magistrado del Comer- „ cio, y no a la Vicaria, tratandose „ de creditos contrahidos por materia „ de trafico, que el mas minimo ba- „ staria paraque el yuicio de la cession, „ y de la dilacion quinquenal se inten- „ tasse en el dicho Magistrado; ma- „ yormente quando todos son de una „ misma naturaleza, y per causa de ne- „ gociacion. En cuya inteligencia, „ me ha mandado S. M. decir a V. S. „ que por essa via renueva los orde- „ nes correspendientes a la Camara „ de S. Clara, a la Vicaria, y demas „ donde combenga, y fuere de su in- „ specion, paraque se observe lo di- „ spues por la mencionada real deli- „ beracion de 9. Noviembre proximo „ pasado. Dios guarde a V. S. muchos „ años como deseo. Palacio 20. de „ Junio de 1741. = El Marques de „ Salas = Señor D. Bernardo Tanuc- „ ci = Bernardo Tanucci. -- Die 4. men- „ sis Julii 1741. = Exequatur Rega- „ lis Ordò, & magnificus Secretarius „ S. C. certioret de eo Dominos Con- „ siliarios omnium Aularum. = De „ Ipolito Præses.

4 Creditores tamen minoris summæ debent sequi forum Creditorum majoris summæ, ita dispositum ex sequenti Diplomate.

„ I Creditori di maggior somma di „ Lionardo del Giudice espongono al Re „ nell'acchiuso memoriale le ragioni, „ che loro assistono, perchè nella cau- „ sa, che essi sieguono co i Credito- „ ri in somma minore del suddetto „ Debitore debba procedere il Consi- „ glio, e non già i rispettivi Dele- „ gati, come essi pretendono. E „ visto ciò che espressano, e la sup- „ plica che fanno. Mi comanda S.M.

,, di dire a V. S. Illustrissima, disponga, che il Consiglio in detta controversia tra i Creditori di maggior somma, e quelli di minor somma proceda secondo i termini ordinarj di giustizia, anche per quel che tocca a i Creditori forestieri, o soggetti a i loro rispettivi Delegati; poichè sempre quelli che sono di minor somma debbono comparire in quei Tribunali, ne' quali si trova introdotta la causa ad istanza de' Creditori di maggior somma; coll' avvertenza però, che quantunque da quel Tribunale, intesi tutti i Creditori, si venisse a concedere al suddetto Lionardo del Giudice la dilazione quinquennale, questa però non debba giovargli rispetto all' azione personale, la quale compete a' Creditori di lettere di cambio. Palazzo 22. di Settembre 1770. = Bernardo Tanucci = Signor Marchese Presidente del S. C.



§. VIII.

§. VIII.

SI autem domum prope castrum habeant, ipse eam habebit, qui Protomisim per castrum habet, & non illi, qui ipsam Protomisim per parietem habent.

SUMMARIUM.

1 *Vicinitas in jure congrui potior est jure sanguinis.*
2 *Privilegium accidentale potentius est naturali.*
3 *Conjunctionis diversitas effectum producit diversum.*
4 *Dictio* prope *idem operatur, quod dictio* juxta.
5 *Verbum* habere *quid importet.*

HÆc est octava pars, in qua narratur quædam alia Constitutio Græcorum, quæ vult quod si ad jus congrui concurrant parentes jure sanguinis, & vicinus jure vicinitatis, quod præferatur vicinus, qui prope est in jure congrui, hoc dicit usque ad §. *est autem*.

1 Nota primo ex *textu*, quod si plures parentes, idest pater, & mater, & avus concurrant simul ad jus congrui, & nullam conjunctionem habent respectu rei venditæ, vicinus sola ratione vicinitatis omnes excludit, quia jus vicinitatis in jure congrui potius est jure sanguinis per istum textum. Sed per statuta Civitatum, in aliquibus Terris aliud est statutum, & tunc in illa Terra stabimus ejus statuto, ut *l. omnes populi ff. de just. & jur.* nam ex diversitate locorum diversa jura statuuntur, ut in *proœm. ff. §. illud satis*. Unus ergo vicinus excludit multos parentes, sicut alibi dicitur, quod una ratio efficax vincit duas persuasivas, secundum *Baldum in l. pater filium in repet. in* 1. *column. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.* ubi dicit, quod una ratio in specie vincit duas in genere.

2 Secundo nota ex *textu*, quod majus est privilegium, quod quis habet jure vicinitatis, & sic rei, quam privilegium ratione personæ; qui ratione rei conjunctæ præfertur vicinus parentibus, & sic potentius est privilegium * accidentale, quam naturale, quod est contra *l. si apud ff. de minor.* ubi potentius est privilegium ætatis, quod est naturale, quam privilegium Vellejani, vel Macedoniani, quod est accidentale. Potest dici, quod ideo vicinus præfertur consanguineo ratione subjecti, quod est reale, idest ratione rei, quæ venditur, in qua habet vicinitatem; ideo præfertur consanguineo, qui nullum jus habet in illa re, quæ venditur, & per hoc facit, quia licet consanguineus pro consanguineo non sit idoneus testis, ut in *l. 3. §. lege Julia ff. de testib.* tamen ratione subjecti potest esse testis, puta ad probandam ipsam consanguinitatem, ut *35. quæst. 6. per tot.* & ideo si vicinus esset consanguineus, admitteretur ad jus congrui, non ex persona sua, sed ex persona alterius, ut ita dicam, scilicet ratione ipsius vicinitatis, argumento *ff. de lib. & posthum. l. fin., de bon. possess. contra tab. l. filium*, & sic privilegium civile

le junctum cum aliqua naturalitate præfertur naturali solum, quia jura civilia naturalitati juncta potiora sunt, *C. de adopt. l. cum in adoptivo*, secundum *Angel. in cons. suo* 101. incip. *Illustrissima Domina Regina*.

3 Tertio nota ex *textu*, quod diversitas conjunctionis diversum producit effectum. Nam diversa est conjunctio sanguinis a conjunctione vicinitatis, & sic diversum producit effectum, quia prima conjunctio non habet jus congrui, secunda vero sic, ita etiam dicitur, quod beneficium ecclesiasticum non datur propter conjunctionem sanguinis, ut in *cap.* 1. *de præbend.* & pro hoc facit *text.* 50. *dist. cap. ut constitueretur*, ubi dicitur, quod varia experimenta morborum nos cogunt ad diversa remedia, & sicut diversitas corporum diversitatem animorum sæpe inducit, ita diversitas conjunctionis diversitates sententiæ inducit, licet alibi dicat *textus*, quod diversitas officiorum venustam reddit Ecclesiam, ut 89. *dist. c. ad hoc*.

4 Quarto nota ex *textu* ibi, *prope*, quod tantum habet dictio *prope*, sicut dictio *juxta*, de qua dictione habes per *Bartol. in l. si statuta ff. de injur. & in l. Gallus §. ille casus ff. de lib. & posthum. & in l. fistulam §. justam ff. de serv. urbanor. præd.* & notatur in *cap. Abbates de verb. signif.* & notat *Bart. in l. decernimus C. de aquæd. lib.* 10. ubi dicit, quod si res distat ab alia per decem pedes, non dicitur juxta eam, facit *l. omnes eod. tit. & l. quidam Hyberus ff. de serv. urbanor. præd.* vide *text. in l. fin. ff. fin. regund.*, sic etiam dictio *ad* ponitur pro *juxta*, ut dicit *Bart. in l. item Labeo §. convicium ff. de injur.*

5 Quinto nota ex *textu*, ibi, *habe*, quod vicinus debet habere rem emtam per extraneum jure congrui cum effectu. Unde non liberatur ille extraneus emtor dando interesse, quia verbum *habere* significat habere cum effectu, ut *ff. de verbor. signific. l. non tantum §. fin.* & *habere*, sumitur duobus modis: Primo jure dominii; nam illud, quod est nostrum, habere dicimus, etiam si illum possideat alius, ut *ff. de verb. signif. l. id apud se, & l. habere* & ideo datur rei vendicatio, ut in *l. officium, & in l. rem ff. de rei vendic.*: Secundo ratione possessionis, ut in *l. qui navem*, & ibi *Luc. de Penna C. de nautis. Tib. lib.* 11. & qui habet civilem possessionem, dicitur proprie rem habere, licet alius habeat naturalem, ut notatur *ff. de contrah. emt. l. si in emtione §. omnium*, quis autem dicatur quasi habere, vide quod notatur in *l.* 1. *in fin. ff. comm. præd.* & scias, quod hoc verbum *habere* importat fideicommissum, ut patet in *l. fideicommis. & in l. qui concubinam §.* 1. *ff. de legat.* 3. *& ff. de legat.* 2. *l. Lucius in princ.* extat etiam longa Glossa super hoc verbum *habere*, *Ant. Caputi*, qui eam excerpsit a *Napodan. in* 1. *consuetud. de jure congrui, vers. alicujus*; sed male ipse applicat, dum aliud pro alio intellexit, & per hæc huc usque adnotata sit finis in isto brevi §. quem si conjungis cum §. præcedenti, & sequenti habebis undecim notabilia ex his tribus §§§. & ex ista *leg.* 66. notabilia habebis. §. Est autem.

ADDITIO

Ad §. *VIII.*

SUMMARIUM.

1 *Vicinitas rei an potius attendatur, quam conjunctio sanguinis*, & num. 4.
2 *Parentes, vel consanguinei an prius præferendi*.

3 *Vi-*

3 *Vicinitati magis standum , quam consanguinitati.*

AD hujus §. 1. & 2. Notab. & ad id, quia attenditur potius rei vicinitas, quam sanguinis conjunctio; nota:
1 nam sanguinis conjunctio multa operatur, ut ait *Afflict. in decis.* 308. *n.*14. immo plura per sanguinis conjunctionem præsumuntur, ut ex *supradictis in rubr.*
2 Et nota , quod non est posita hic præsens *Græca Constitutio* ad derogandum illud , quod disponitur per *Extravagant.* nec ad aliquid innovandum in ea circa ordinem personarum, quæ vocantur ad protomisim, *ut in d.* §. 1. ideo voluit *Federicus Secundus Imperator* hic inserere hanc *Græcam Constitutionem* causa innovandi , ac corrigendi disposita per *Constitutionem Sancimus* antea scriptam , sed addendi, ut etiam dictum est in *princip. adnotationum* §. *scriptum est glos.* 1. verum per dispositionem hujus *Græcæ Constitutionis* magis attenditur vicinitas rei , quam conjunctio sanguinis , & utilius est habere vicinitatem , quam consanguinitatem absque vicinitate .
3 At secus per *Extravagant. Sancimus*, per ipsam plus prævalet consanguinitas cum rei conjunctione , quam sola vicinitas ; nam dicitur in *text. parentes conjuncti primo vocentur , ita ait Affl.*
4 *in d.* §. *in primis n.* 37. ut consanguineus præferatur , debet habere utrumque , scilicet rem conjunctam , & consanguinitatem , quod etiam confirmatur per *Rendellam in d.* §. *in primis* , declarando illud *conjuncti*, positum in *Constitutione* , ut intelligatur etiam per rei vicinitatem , ut in *verb. parentes n.* 11. & 12.

S U M M A R I U M.

1 *Conjunctio qualiter accipiatur .*
2 *Affinitas comprehenditur in appellatione conjunctorum .*

AD 3. notab. vide *Benedell. hic in* §. *in primis num.* 2. *vers. dupliciter*,
1 & conjunctio qualiter accipiatur in jure civili , vide *textum in cap.* 1. *de procurator.* , *& in cap. coram de offic. deleg. Abb. in cap. cum M. Ferrar. col.* 3. *vers. non semper de constit.* & si veniant conjuncti cognatione spirituali , vide *glosam in cap. fin. extr. deposit.* , *Felin. in d. cap. cum M. Ferrar. col.* 8. *post*
2 *Abb.* 3. *notab.* etiamque affinitas appellatione conjunctorum comprehenditur , *textus est in l. sed etiam hæ in princ. ff. de procur. ubi DD.*

S U M M A R I U M.

1 *Dictio* prope *quid significet , & ad quod refertur .*
2 *Verbum* habere *quid importet .*

1 AD quartum Notab. adde quid significet dictio *prope* , vide *text. in l. non omnis* §. *a barbaris ff. de re militari* , *& Bald. in l. quæ fortunis , col.* 3. *ff. de pigner. act. Bart. in l. non tantum* §. *pupillorum n.* 1. *ff. de excusat. tutor. & in auth. de Monachis in* §. *si vero, Decian. in cons.* 108. *n.* 34. *usq. ad* 38. *lib.* 3. & quod hoc verbum referatur ad possessionem, & dominium, *textus est in l. stipulatio ista* 38. §. *hæc quoque in fin. vers. habere ff. de verbor. oblig.* cum aliis allatis per *Gratian. discept. forens. in cap.* 838. *n.* 6.
2 Ad quintum & ultimum notabile , ad verbum *habere* , quid importet , diximus supra in *adnot.* §. 1. *tom.* 1. *pag.* 156. *n.* 11. & 13. *col.*2. *& seq.* & etiam in quantum ad ejus significatum .

NO-

NOVÆ ADDITIONES

AD §. VIII.

1 Quia *Afflictus hic pag. 165. num. 2. col. 2.* loquitur de privilegiis, quædam dicam, quæ circa privilegia reperiuntur nuper statuta: Et primo, quod in Regno non admittuntur privilegia doctoratus Universitatum exterarum pro exercendis muneribus, pro quibus personæ debent privilegia doctoratus esse munitæ, ut pro munere Vicariatus Generalis Curiarum ecclesiasticarum, ut ex sequenti diplomate.

,, Alcuni Ecclesiastici della Serrafes-
,, sendosi querelati di varj Capi di
,, gravami loro inferiti dal P. Priore
,, di S. Steffano del Bosco per l' ammi-
,, nistrazione della Giustizia di questa
,, sua Curia ecclesiastica confidata da
,, lui in persona di un Vicario Gene-
,, rale non dottorato. Il Re siccome
,, ha dato le debite provvidenze su i
,, diversi capi di aggravj, così per
,, mezzo del Preside Provinciale ha
,, ordinato al suddetto P. Priore, che
,, se il di lui Vicario Generale sia sprov-
,, veduto del necessario privilegio del
,, dottorato, debba ottenerlo fra lo
,, spazio di mesi quattro da pubblica
,, Università o Collegio generale di
,, studj, e se il privilegio proceda da
,, qualche Università estera impetrar si
,, debba il Regio placito, altrimente
,, scorso tal termine si debba esso P.
,, Priore provvedere di altra persona,
,, a cui non manchino tutt' i requisiti
,, da poter esercitare l' impiego del
,, Vicariato Generale. Con questa oc-
,, casione il Re parimente ha stabilito
,, che da oggi in avanti non si ammet-
,, tano privilegj di Università estere,
,, e che ciò si osservi generalmente
,, senza espressa dispensa ed approva-
,, zione della M. S., che non dispen-
,, serà se non che per causa grave. Di
,, Real Ordine partecipo a V.S. questa
,, sovrana risoluzione di S. M. per in-
,, telligenza della Real Camera, dalla
,, quale se ne potrà rendere partecipe
,, anche la Curia del Cappellano Mag-
,, giore per sua norma, e regolamento
,, Palazzo 17. di Marzo 1759. = Giu-
,, lio Cesare d' Andrea. = Rapolla.

2 Jussit Rex non admitti Ecclesiasticos ad possessionem dignitatum, & beneficiorum, quibus colligatur gradus Doctoratus, aut licentiaturæ in Theologia antequam ipsi hunc gradum obtineant; quibus autem hoc jus privative pertineat, ut ex sequenti diplomate dilucidatur.

,, La sperienza ha dimostrato, che gli
,, Ecclesiastici provveduti delle Digni-
,, tà, e Benefizj, a' quali va annesso
,, l'obbligo di esser dottorato, o licen-
,, ziato in Teologia, dopo aver preso
,, il possesso delle loro cariche, non
,, più curano conseguire il grado di
,, Dottorato, o Licenziato tra il ter-
,, mine di un anno di dilazione, che
,, per Real Clemenza si è soluta ad
,, essi accordare; o se pure il conse-
,, guono, procurano d' impetrarlo da
,, alcuni Collegj, che non hanno fa-
,, coltà di concederli: onde in cotal
,, guisa rimangon elusi i veri Reali
,, stabilimenti fatti su questo assunto,
,, la polizia di questo Regno, e le
,, sante disposizioni del Concilio Tri-
,, dentino. Quindi il Re per ovviare
,, dalle radici a tal inconveniente, ha
,, riso-

„ risoluto, che gli Ordinarj di questo
„ Regno non diano affatto il possesso
„ alle Dignità, o Benefizj, a cui sia
„ addetto l'obbligo del grado di Dot-
„ tore, di Licenziato; se prima il
„ provisto non produca il documento
„ di avere ottenuto tal grado in que-
„ sto Real Collegio Napoletano da'
„ Maestri di Teologia, che solo ha
„ il privativo dritto di accordarlo,
„ con dover essi Prelati esprimer nella
„ Bolla della Collazione di essersi il
„ mentovato documento prodotto.

„ Ha inoltre S. M. risoluto, che i
„ Provinciali di qualsivoglia Ordine
„ Religioso vietino severamente a tut-
„ t' i loro Conventi, e Collegj di
„ concedere tali Dottorati, e Licen-
„ ziature, le quali privativamente si
„ debbono accordare da questo Real
„ Collegio de' Maestri di Napoli; e
„ che così i suddetti Prelati, come i
„ Provinciali usar debbano tutta la
„ lor respettiva attenzione per l' osser-
„ vanza di questo Reale stabilimento;
„ altrimente in grado di trasgressione,
„ e di oscitanza, così gli uni, come
„ gli altri ne daranno stretto conto.

„ Nel medesimo tempo ha dichiarato
„ il Re, che con questo Real Ordine
„ debbano rimanere salve le ragioni,
„ che competono al Collegio di S. Tom-
„ maso di Aquino de' PP. Domenicani
„ di questa Capitale in simili occorren-
„ ze, servata la forma della Real ri-
„ soluzione del dì 2. di Dicembre 1762.

„ Pertanto partecipo a V.S. Illustris-
„ sima di Real Ordine questa Sovrana
„ Risoluzione della M. S. per comu-
„ nicarla a tutt' i Prelati degli Ordi-
„ ni Religiosi della Provincia del suo
„ carico per la loro intelligenza, e ris-
„ pettiva puntuale esecuzione. Nap. 27.
„ di Luglio 1771. = Carlo de Mar-
„ co. = Signor Preside, ed Udienza
„ di Trani.

3 Noluit annuere precibus cujusdam, qui cursus studiorum fecit Firmii, ut lauream ibi acciperet, ut ex sequenti diplomate.

„ De orden del Rey remito a V.S.
„ el incluso memorial, en que pide
„ Jacome Franchi de Civitella del
„ Tronto el real permiso para poderse
„ doctorar en Fermo, donde dize ha-
„ ver hecho sus estudios, a fin de que
„ con este Tribunal haya V. S. enten-
„ der a este recurriente, que Su Ma-
„ gestad no ha aderido a su doman-
„ da: queriendo que asi el, como
„ quelquier otro, sea doctorado en la
„ Universidad de este Reyno; por
„ que en caso contrario se negerà el
„ real *exequatur* a todo privilegio fo-
„ rastero, y perderan los gastos hechos.
„ Dios guardes a V. S. muchos años
„ como deseo. Napoles a 20. de Se-
„ tiembre de 1760. = Carlos de Mar-
„ co. = Señor Comandante de la Pro-
„ vincia de Teramo.

4 Excepit tamen Alumnos nostro Regi subditos, qui in Regali Collegio Ancharano, Bononiæ acceperunt lauream doctoralem, itaut admittantur tanquam in Collegio Neapolitano eam obtinuissent; ideoque ad omnia onera, honores, dignitates, munera, & officia sæcularia, & ecclesiastica admittuntur, quibus ut ascendant, opus est, ut hanc habeant prærogativam; imo natos in hac Civitate Neapolis, qui tanquam alumni in dicto Collegio Ancharano consecuti fuerunt Bononiæ lauream, jussit registrari in libro laureatorum Collegii Neapolitani sub die eodem privilegii, ut admissi in eo gaudeant iisdem prærogativis, & emolumentis sicuti alii Doctores Neapolitani ejusdem Collegii: necnon præfatorum Alumnorum Neapolitanorum, & Regniculorum privilegiis dari Regium exequatur gratis, ita statutum di-

plom. 30. Julii 1768. & 8. Julii 1769.

5 Nati ex Officialibus Regis in Præsidiis Etruriæ gaudent privilegio tanquam nati essent in Regno Neapolis, ut ex sequenti diplomate patet.

,, Veduta il Re la consulta della Camera di S. Chiara del dì 15. dell' andato Dicembre, toccante la supplica di D. Giacomo Macdonaldo de Inverghiseram attual Capitano nel Reggimento di Real Farnese di rilasciarsegli i diritti spettanti al Regio Erario per la spedizione della cedola di connaturalizzazione accordata a i due suoi figli D. Giuseppe, e D. Alano nati ne' Presidj di Toscana; mi comanda dire alle SS. VV. Illustrissime, che S. M. considera che i nati dagli Uffiziali della M. S. ne' Presidj si debbano per giustizia avere per nati nel Regno di Napoli, e che la cedola si faccia gratis. -- Caserta 11. di Gennajo 1758. = Bernardo Tanucci. = A' Signori della Real Camera di S. Chiara.

6 Patres onusti gaudent privilegio immunitatis pro rebus, quæ sunt pro proprio usu, a collectis, & impositionibus Universitatum, non a Regiis vectigalibus, prout sequitur.

,, Ha fatto ottimamente V. S. di non dare l'osservanza al privilegio di padre onusto, che si ha fatto spedire in Regia Camera, e le ha presentato il Duca di Pacanica, perchè mancante del solito mio decreto, senza il quale non può aver vigore. E potendo compiacersi far sentire al medesimo di inviarlo a me per mezzo di qualche Procuratore ad effetto di farvi il decreto suddetto; mi giova frattanto renderla intesa per sua notizia che tali privilegj esentano solo le robe che necessitano a' padri onusti per proprio uso da' dazj delle Università, non però da quelli della Doana, per gli quali niuno gode franchigia: E con parziale stima mi dico. Napoli 10. di Settembre 1757. = Il Marchese Squillace. = Signor D. Gio: Tommaso del Tufo Capo di Ruota dell' Aquila.

7 Notariatus privilegium non conceditur illegitimis, neque Expositis, ut ex diplomate 27. Septembris 1760., cujus tenor est.

,, Con consulta del dì 16. dell'andante nel far presente le Signorie Vostre Illustrissime, che N. N. Esposito di Gaeta abbia domandato esser legittimato per potersi privilegiare Notaro, han detto ciò che le occorre sull'assunto. Sua Maestà intesa non vuole che si promuovano a tali impieghi sì fatte persone, e mi comanda darne alle SS. VV. Illustrissime l'avviso per intelligenza della Real Camera = Carlo de Marco. -- Signori Presidente, e Consiglieri della Camera di S. Chiara.


8 Privilegium Notarii non conceditur personis qui vel ipsi vel eorum patres exercuerunt artes viles, vel fuerunt rustici, neque iis qui non habent patrimonium, *diplom.* 27. *Decembris* 1760. *Gatt. part.* 2. *tom.* 3. *tit.* 92. *dipl.* 5. patrimonia pro obtinendis privilegium pro Regnicolis pro una Provincia est ducatorum biscentum; pro duabus Provinciis est ducatorum trecentum; pro toto Regno, ducatorum quingentum. Neapolitani, & naturales Casalium Neapolis debent habere patrimonium ducatorum mille, tam si privilegium sit pro toto Regno, quam si pro Provincia Terrælaboris. Regnicolæ tamen qui obtinuerunt privilegium pro toto Regno, vel pro Provincia Terrælaboris non habent facultatem exercendi hoc munus in Civitate, & Casalibus Neapolis, *diplom.* 28. *Februarii* 1761.

1761. *Gatt. loco cit. num. 6.* Et Rex noluit annuere supplicationibus Universitatis Polignani, qui petierat dispensare duobus civibus natis ex parentibus rusticis, *Gatt. loc. cit. n.* 8.

9 Præsidentes, Rationales, & Actuarii Regiæ Cameræ Summariæ gaudent privilegio fori ejusdem Tribunalis tam in causis activis, quam passivis, *Gatt. collect. diplom. part.* 2. *tom.* 1. *tit.* 21. *dipl.* 3. & 20. Ne distrahantur a cura interesse fiscalium, & ideo renunciare minime possunt foro, *Gatt. loc. cit. dipl.* 21. Hoc privilegio gaudent etiam Præsidentes honorarii, *Gatt. loc. cit. dipl.* 5. etiam in causis criminalibus activis, & passivis, *id. ibid. dipl.* 7. eodem privilegio gaudet eorum familia, *ibid. dipl.* 10. Non autem in causis mercaturæ sive negotiationis, *ibid. diplom.* 22.

10 Non est omittendum quod textum in editionibus Regentis Tapiæ *de jure Regni tom.* 4. *tit. de jure protomis. fol.* 72. inveni hoc modo scriptum: *Si autem domum prope castrum habeant, ipse eam habeat qui per castrum habet, & non illi, qui ipsam protomisim per paritatem habent*; juxta hanc lecturam est *in Constitutione cum addit. D. Cons. de Bottis*: in antiquissimis literis gothicis editis *parietem*, & non *paritatem* scriptum est.





§. IX.

EST autem proprie de generali consuetudine approbatum, quod tria sunt, quæ Protomisim non habent: scilicet, Via publica, Ecclesia, & Curia.

SUMMARIUM.

1 *Via publica non potest petere jus congrui. Et quid sit quo ad nomen, & materiam, & cujus latitudinis esse debeat.* num. 2.

3 *Viam publicam facere qui possit.*

4 *Viarum forma est duplex. Et quis sit earum usus.*

Imperator dicitur semper Augustus aptitudine, non actu.

5 *Possessio momentanea quæ dicatur.*

6 *Viam publicam ante domum suam quilibet habens debet reficere. Et quæ via eligenda.*

7 *Via publica an possit per populum Civitatis vendi.*

Et an possit præscribi. n. 8.

9 *Viam publicam, & urbis fossas occupantes qua pœna puniuntur.*

10 *Peculatus crimen quid sit.*

11 *Universitas an possit servitutem imponere in via publica.*

12 *Via privata quid sit, & quid vicinalis.*

13 *Jus congrui nunquid habeat locum in porticu.*

14 *Ecclesia non convenitur jure congrui. Et quid sit Ecclesia.*

Ecclesia triumphans, militans, defendens & personalis quæ sit.

15 *Clericus jure congrui conveniri an possit, si nomine proprio emat.*

16 *Sanctio canonica violata libertatem lædit.*

17 *Clerici statutis laicorum uti an & qualiter, & ubi possint.*

Ecclesiæ res in quatuor partes divisæ.

18 *Ecclesia non consecrata an gaudeat privilegio consecratæ.*

Statutum laicorum an comprehendat Clericos.

19 *Emtor domus pro ædificanda Ecclesia an possit jure congrui conveniri.*

20 *Consuetudo in feudis inspicitur, ubi sita est res feudalis.*

21 *Ecclesia triumphans significatur per Corpus Christi, quod in Missa levatur.*

Ecclesia sine temporalibus in nullo proficit.

Fiscalia bona differunt a patrimonialibus Principis.

22 *Fiscum quis habere dicatur. Et an Ecclesia fiscum habeat, & quid dicatur fiscus.*

Respublica, & fiscus an sit idem.

23 *Fiscus quot habeat privilegia.*

HIC est nonus, & ultimus §. in ordine, ubi dicitur, quod de generali consuetudine Via publica, Ecclesia, & Fiscus, seu Curia Federici non habent jus congrui, hoc dicit usque ad finem totius Constitutionis. Nota
1 primo ex *textu*, ibi *via publica*, quod quando venditur res, quæ est juxta viam publicam, non potest petere via publica illam rem jure congrui, & consequenter si est via publica in medio, vicinus non habet jus congrui ad illam rem venditam. Sed quæ-

quæro, quid si venditur a Rege, vel Civitate, via publica, an vicinus habeat jus congrui? dic, quod non, quia iste *textus* loquitur generaliter, quod via publica non habet jus congrui, sive vendatur ipsa via publica, sive vendatur res juxta viam publicam, & sic generaliter intelligenda est *l.* 1. §. *generaliter ff. de legat. præst. cum similib.* Item, quæro, quot sunt species viarum, dic secundum *D. Sebast. in consuetud. de jure congr.* incip. *ubi*
2 *domus*, quod tres sunt species, videlicet, publica, privata, & vicinalis, ut *ff. ne quid in loco publ. l.* 2. §. *viarum*, in publica autem via sunt quatuor attendenda, scilicet nomen, materia, forma, & usus. Quoad primum, scilicet nomen, est sciendum, quod est trinomis. Nam dicitur publica, prætoria, & consularis, ut in *d.* §. *viarum vers. vias publicas*, & hæc tria nomina sunt synonyma idem significantia, sicut ensis, mucro, & spata, sicut est jus patronatus, quandoque dicitur advocatio, quandoque vicedominatus, quandoque custodia, sive guardia, ut notat *glos. in cap. quia clerici de jure patronat.* Quoad secundum, scilicet ad materiam, dic, quod materia sive solum viæ publicæ est duplex, scilicet publicum, & privatum. Publicum quoad iter adjectum cum certis finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, ut publice iretur, & commearetur, ut in *d.* §. *viam*. Fines autem latitudinis in porrectum, idest directum sunt octo pedes, anfractum, idest ubi via obliquatur, sexdecim pedes, ut dicit ibi *glos. & text. in l. viæ latitudo ff. de servit. rustic. præd.* quod intelligit esse verum *Dom. Sebast.* ubi latitudo non fuit limitata per constituentem, quia jussit fieri viam publicam in tali loco, non designata latitudine, alias si designasset latiorem, vel strictiorem, non majus propterea esset via publica. Posset enim constituens jubere, vel facere latitudinem, quam vellet, ex quo habuit jus publicandi, seu faciendi viam publicam & sic tamquam in re sua est moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandat.*
3 Sed quis habet hanc potestatem publicandi seu faciendi viam publicam? Respondeo Princeps, Senatus, & Civitas, ut *d.* §. *viam*, sed illud, quod dicitur de Civitate, altiorem requirit indaginem. Privatum autem solum potest esse via publica, puta si in privato solo est via publica, quod potest esse hoc modo, quia si ab eo tempore, cujus non extat memoria hominum in contrarium, publice omnibus transire licuit per agrum privatum, & ex utroque capite istius viæ est locus publicus, seu via publica, ita quod introitus ad ipsam viam incipit ex via publica, vel loco publico, & exitus viæ similiter respondeat ad locum, vel ad viam publicam, nec requiritur, quod fiat jure servitutis, quia tunc esset omnino privata, ut patet in *d. l.* 1. §. *privatæ viæ*. Nec est inconveniens quod proprietas soli sit privata, & usus sit publicus; nam riparum usus publicus est, licet proprietas sit privatorum, ut *d. l. de ter. riparum*. Item fontis usus est publicus, licet proprietas sit privatorum, in *l. diligenter C. de aquæduct. lib.* 11. & sic talis via est publica, quoad usum,
4 non quoad proprietatem. Quantum vero ad tertium scilicet de forma viæ, dic quod forma viæ, est duplex, scilicet voluntaria ut latitudo, quæ fit ad voluntatem constituentis, ut supra dictum est; secunda forma est necessaria, videlicet quod quodlibet caput ipsius viæ exeat, & correspondeat ad viam, vel locum publicum, & sic quod ex via, vel loco publico ingrediatur ad eam, & ad

ad locum publicum, exeatur ab ea, alias non diceretur via publica, ut *ff. de itin. actuque privat. l. 3.* Quoad quartum, scilicet quoad usum, dic, quod usus in via publica est attendendus secundum naturam soli, quia si solum est publicum, non requiritur usus actu, sed aptitudine tantum; hoc est, quod fuerit ordinata, seu parata ad recipiendum usum publicum, quod ex eo apparet, quod populus non utendo, non perdit eam, alias multis non liceret ire ad Sanctum Jacobum, ut *ff. de via publ. & itin. public. l. viam publicam, & ff. de usucapion. l. usucapionem, & l. fin.* sic etiam dicimus, quod aqua quotidiana non est, quæ quotidie ducitur, sed ea quæ quotidie duci posset, ut *ff. de aqua quotid. & æstiv. l. 1. §. quotidiana*; & Imperator dicitur Augustus aptitudine, non actu, & notatur in *rubr. ff.* & matrimonium dicitur individuum aptitudine, non actu, facit *ff. de rei vindic. l. venditio quoque*; sic possessio dicitur momentanea
5 aptitudine, quæ est apta durare momento, *ut C. si de moment. possess. fuer. ap. l. 1. facit ff. de servit. rust. præd. l. Attilicinus*; & dato, quod via publica esset fracta, & diruta, & plena spinis, & vepris, non propterea dicitur minus apta ad usum publicum, cum possit ab unoquoque de populo refici, vel purgari, *ff. de via publ. vel itin. publ. l. 1.* si vero solum sit privatum, tunc requiritur usus publicus in actu a tanto tempore, cujus non extat memoria hominum in contrarium, & non jure servitutis, ut prædictum est per ea, quæ notantur in *l. 1. §. privatæ viæ ff. ne quid in loco publ.* & hæc sunt verba *Dom. Sebast. in loc. præalleg.* quantum ad viam publicam.

6 Sed antequam veniam ad viam privatam, & vicinalem, dicam aliquid de materia viæ publicæ ultra eam. Et primo est sciendum, quod quilibet debet reficere viam publicam ante domum suam, *ut in l. ad instructionem C. de sacrosanct. Eccles. & in l. fin. ff. de via publ. vel itin. publ.* & etiam est sciendum, quod *Bart. in l. præsidibus C. de curs. publ. lib. 12.* dicit, quod nullus cum annona aliam viam tenere debet, nisi per viam publicam, quam communiter omnes vadunt, nec debet ire per viam transversalem, adeo quod si extra viam reperitur, mala suspicio est contra eum, de quo etiam per *Baldum in l. prædiis §. balneis ff. de legat. 3. & per Baldum in l. si fugitivi C. de serv. fugit. & in l. cum proponas C. de nav. fœnor. Bart. in l. qui fiscales C. de navicul. lib. 11. & per eumdem in l. non solum ff. de excusat. tutor.* Sed quando sunt duæ viæ aptæ ad eundum, & una via est brevior alia, quam viam debet quis eligere? Respondeo, quod debet eligere illam, per quam securius acceditur, & per illam, quæ magis frequentatur, secundum *Bart. in l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. & C. de sal. l. eos in fin., & de curs. publ. l. 2. lib. 12.*

7 Sed necessarium putavi hic inserere, an populus Civitatis possit vendere viam publicam? Videtur, quod sic, nam illa est Universitatis, *ut Instit. de rer. divis. §. Universitati, cum ibi not.* ergo potest illam alienare, quemadmodum & alias suas, *ut C. de vend. reb. Civit. per tot. lib. 11.* facit ad hoc 1. *quæst. 1. cap. eos qui ad idem, l. 2. C. de divers. præd. urban. lib. 11.* & ibi *Luc. de Penna, & ff. quod vi aut clam l. 3. §. plene vers. hoc ita.* Item, quia quælibet Civitas habet jus constituendi viam publicam, ut *ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. viam pu-*

publicam in glos. quæ incip. *Habuit ut Princeps vel Senatus*, & *ff. de reg. jur. l. nihil tam*, & *l. seq.* Nam ejus destruere, cujus est condere, *ut ff. de legat. 3. l. si quis in princip.*, & *l. fin. C. de legib.* item, quia ista sunt Universitatis, & sic Universitas eorum est domina, *ut ff. de relig. l.2. §. in locum*, & *d. §. viam publicam*, ergo per eam alienari possunt. Nam appellationis usus rei continetur potestas alienandi dominium, *ut in auth. de monach. §. illud quoque*, quia rei suæ quilibet est moderator, & arbiter, ut in vulgata *l. in re mandata*. Unde si privato non interdicitur rerum suarum alienatio, *ut ff. si quis a par. fuer. man. l. 2.* minime Universitati, in qua sunt ipsi privati. Facit pro hoc *ff. de legat. 2. l. Mevius. §. fin.* e contra quod non possit alienari, probatur, quia regulariter, quod præscribi non potest, nec alienari potest, *ff.*
8 *de verb. sign. l. alienat.* Sed via publica præscribi non potest, *ut ff. de via publ. l. fin.* & *ff. de usucap. l. usucapionem*, ergo nec alienari: habet enim jus in his quilibet prohibendi, ut *ff. commun. præd. l. fin.* & *ff. comm. divid. l. Sabinus cum concord.* Unde si quis sub colore vult viam publicam reficere vel aptare, ipsam viam publicam deteriorem fecerit, impune vim a quolibet privato patietur, *ut ff. de via publ. refic. l. 1. §. si quis in specie*. Nam cum concurrant invicem interesse publicum, & privatum, æstimatur privatum, atque præfertur, *ut ff. de procurator. l. licet*, & *l. non cogendum §. si quis ita*, quin etiam via publica non dicitur per municipes possideri, sed ea omnes promiscue debent uti, *ff. de acquirenda possess. l. 1. §. fin. ff. de contrahend. emtion. l. sed & Celsus in princ.* pro solutione posset sic dici: Aut via publica, de qua agitur, est necessaria solum populo distrahenti, aut etiam aliis: primo casu venditio valet, dummodo fiat cum ea sollemnitate, quæ traditur in *l. fin. C. de vend. reb. Civit. libr. 11.*: Secundo casu non valet, & vide ad prædicta, quod notat *Innocent. in cap. cum ex injuncto de novi oper. nunc.* sed *glosa in l. continuus §. cum quis ff. de verbor. obligat.* videtur indistincte sentire, quod non possit, nisi Principe statuente, sed *Bart.* ibi tenet, quod Civitas, quæ non recognoscit Superiorem, potest hoc facere, dum tamen per statutum faciat viam publicam esse privatam, quod potest per *l. 3. §. plane ff. quod vi aut clam*, & idem dicit, si Civitas esset subjecta Principi. Sed hoc esset facere fraudem legi, dic tamen, ut ibi per
9 eum. Sed bonum est hic videre, qua pœna punitur ibi, qui occupant vias publicas, & fossata urbium cum de jure viam publicam prohibitum est occupari, vel etiam coarctari, ut *ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. viam*, nec eam ullo modo deteriorare, ut in ead. *l. §. deteriorem* & *§. sequenti*; & idem in finibus publicis, *ut ff. de oper. publ. l. si legatum. §. fines*, & *l. si in agris ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. Imperatores §. fin.* Respondetur, quod poterit puniri pœna sacrilegii, quia publica, & sacra, æquiparantur, & eodem privilegio gaudent, ut *Cod. de sacrosanct. Eccles. l. fin.* & *ff. de usucapionib. l. usucapionem*. Sed qui sacra occupat, sacrilegium committit, ut patet 16. *quæstion. 4. cap. quisquis inventus*, & *extr. de foro competent. cap. conquestus*, quando lex æquiparat, potest procedi de similibus ad similia, etiam in odiosis, textus est notabilis, & ibi dixi in *cap. 1. §. prædictis*, *quæ fuit prima causa benefic. amitt.* & facit bonus textus, quem ibi non allegavi, in

in *l. famosi*, ibi, *ad exemplum legis Juliæ judicandum est ff. ad legem Ju-*
10 *liam Majestat.* Item, qui pecuniam Reipublicæ subtrahit, crimen peculatus committit, ut *ff. ad leg. Jul. pecul. l.1.* ergo fortius ille, qui viam publicam occupavit, quæ inter bona Reipublicæ, & regalia computatur, ut in *cap. 1. quæ sint regal. in princ.* quæ etiam & dignior est, quam pecunia, cujus est vilis, & abjecta conditio, ut *ff. de acquir. possess. l. si in rem mobilem, & l. si quis vi §. differentia eod. tit.* Nam sine via res hominum inutiles sunt, ut *ff. de serv. urb. præd. l. binas ædes*, quia publico, & cunctorum usui servit, ideo æquum est, ut cum plures ostendant, acrius puniatur. Nam quantum quis excedit in numero personarum per se offensarum, tantum & in numero criminum punitur, ut *ff. de jurejurand. l. 1. §. fin. ff. de sepulcr. viol. l. 3. §. si ad plures, & 31. quæst. 1. cap. quomodo*, & ex rei nobilitate in eum pœna gravior constituitur, argumento *ff. de evict. l. emtori §. 1. & in auth. de non alien. §. si movet, & 22. quæst. 1. cap. movet, & C. de his qui ex public. ration. l. fin. lib. 10.* & hanc partem firmat *Luc. de Penna in dict. l. 1. Cod. de divers. præd. urban. libr. 11.* vel potest dici, quod teneantur pœna quinquaginta librarum auri, argumento *C. de oper.*
11 *publ. l. qui sine.* Sed juxta hoc quæro, an Universitas possit imponere servitutem in via publica? certe non, si recognoscit Superiorem, cum tunc solus Princeps potest imponere, ut *ff. de aqua pluv. arcend. l. si prius §. sed loco, & ff. de via publ. l. 1. cum concord.*

Item quæro duo sunt, qui habent curtem, seu viam communem, vel debetur alteri servitus per fundum alicujus, unus emit aliam domum, seu prædium juxta suum, ad quod trahit usum viæ, seu curtis communis, aut servitutem, cum sibi debeatur, an possit? videtur, quod non, argumento *l. Philippum C. de curs. publ. lib. 12.* & ibi *Luc. de Penna* tangit istam quæstionem, & concludit, quod si domino prædii servientis nullum incommodum contingit, potest ille uti via ad illud prædium, alias secus, & pro hoc facit *ff. de aqua quot. & æstiv. l. 1. §. item Labeo, & ff. de itin. actuq. priv. l. 3. §. penult.* Sed utiliter circa hoc quæro, an si aliquis habet terram in medio aliarum terrarum, & non habet viam unde possit ad dictam terram accedere, an vicinus teneatur præstare viam ipsam pretio mediante, dicit *Bart.* quod non in *l. 1. ff. de servit. legat. per text. in l. binas ff. de serv. urban. præd. cum glosa sua, & notat. Bart. in l. qui duas in fin. ff. de servit. legat.* facit *text. in l. vendendo ff. de contrahend. emt.* bonus est *textus in l. via §. fin. in fin. ff. de serv. rustic. præd. & in l. penult. ff. de evict. & not. ff. de adim. leg. l. 1. §. si loci, & pro hoc est bonus text. in l. si quis sepulchrum ff. de relig.* per locum a speciali. Nam si favore religionis vicinus compellitur vendere viam, ergo in contrarium est jus commune, ut *l. jus singulare ff. de legib.* Sed in contrarium facit *text. in l. 2. §. recte ff. si serv. vend.* Ergo plene istam quæstionem examinavi post *Andr. in cap. 1. §. si quis de manso de controv. invest.* In Civitate autem Neapolis est consuetudo scripta, quod vicinus teneatur vendere viam vicino, si non habet viam ad terram suam, ut patet in 1. *consuetud. in tit. de serv.* & si habet unam viam licet longiorem, non debet habere aliam breviorem. Nam homo duabus viis terram ingrediens est maledictus, ut in *cap. quidam viam extra de apostat.*

12 Nunc venio ad vias privatas & vicinales, & dic, quod via privata est, quæ

quæ debetur ab agro alteri agro, ut dicit *textus in l.* 1. §. *privatæ viæ ff. ne quid in loco publ.* & duplex eſt via privata, ut dicit *textus in l.* 1. §. *privatæ viæ*. Vicinalis via dicitur illa, quæ eſt in vico, vel ad vicos ducit, ut in *d. l.* 2. §. *viarum verſ. vicinales*; quod latius proſequitur *Dom. Sebaſt. in præallegat. conſuetud.* incip. *ubi domus de jure congrui*, ubi enim dicit, quid ſit vicus, & quid ſit villa, ex quibus infertur, quod via vicinalis non tollit vicino jus congrui, quia iſte textus loquitur tantum de via publica, & eadem ratione dic, quod rivus privatus non tollit jus congrui, *l.* 3. *ff. de interdict.* ſed flumen publicum ſic, & pro eo facit *l. ſi autem cum l. ſequ. ff. fin. regund.* Sed ſi flumen eſſet deſiccatum, tunc habet locum jus congrui, per ea, quæ habentur in *cap.* 1. §. *ſi quis de manſo de controverſ. inveſt.* ſed in iis ſpecialis Terræ conſuetudo attendenda eſt, & ſervanda, ut *C. de ædib. privat. l. an in totum*. Item quærit *D. Sebaſt.*
13 *in dicta conſuet.* pone, quod dicta via eſt ſub quodam porticu; ſupra quem porticum ego, & tu habemus domus conjunctas ad invicem, jus congrui ſuper eo, quod eſt ædificatum in porticu, videtur, quod non; quia porticus eſt ædificatus ſuper via publica, & conſequenter non habet locum jus congrui. In contrarium facit, quia conjunctio non ſolum attenditur circa ſolum terræ, quod eſt publicum, ſed etiam circa confines, qui ſunt privati. Solve primo quantum ad cellaria, quæ ſunt inferius juxta viam publicam portici deſuper exiſtentis, non habet locum jus congrui, quia via eſt in medio, ſed ad membra ſuperiora habet locum jus congrui; quia confines ſunt privati, & latera ſunt privata, & pro hoc facit *textus* in argumento *ff. de aqu. quotid. & æſtiv. l. hoc jure* §. *fin. & ff. de aqua pluv. arcend. l. ſuper iter alienum in princ.* & ſic una domus, quæ venditur, poteſt in partem evinci jure congrui a vicino, & in partem non, quod eſt menti tenendum, quia ſæpe venit de facto in Civitate, ubi ſunt multi portici. Quid autem de Ponte, vide per *Bart. in l. ſupra iter ff. de aqua pluv. arc.*

14 Secundo nota ex *textu*, ibi, *Eccleſia*, quod Eccleſia non agit, nec convenitur jure congrui, ſive emat, ſive habeat prædia vicina rei venditæ. Nam illa non poteſt petere jus congrui. Et adverte, quia ſecundum opinionem, quam infra ſubdam, magis eſt privilegiatus
* Clericus, quam Eccleſia ipſa *, & expone prius illud verbum *Eccleſia*, quia non ponitur pro parietibus Eccleſiæ, quia parietes non poſſunt contrahere, nec agere, nec conveniri, licet aliter dicat *gloſa in l. ſicut* §. 1. *ff. quod cujuſq. univ. nomin.* ſed exponitur illud verbum *Eccleſia*, ideſt aliquis nomine Eccleſiæ, etiamſi eſſet laicus: Unde ſi ego laicus emo nomine Eccleſiæ domum, vicinus non habet jus congrui, quia Eccleſia videtur emiſſe, & hoc tenet *Dom. Sebaſt. in conſuetud. ſi Eccleſia de jure congrui*, & fortiori ratione dicendum eſt, ſi Clericus, vel aliquid Prælatus emit nomine Eccleſiæ, quod non petitur ab eo jus congrui, quia Eccleſia eſt illa, quæ poſſidet, cum Prælatus dicatur Procurator ipſius Eccleſiæ, ut in *cap.* 2. *de donat.* & ſic ponitur hic Eccleſia in genere, comprehendendo tam Eccleſiam triumphantem, per quam ſignificatur Chriſtus, 19. *q.* 1. *cap. quicumque*; quam Eccleſiam militantem, per quam ſignificatur Papa, *in d. c. quicumque*; quam Eccleſiam defendentem, per quam ſignificantur, Prælati, & Rectores Eccleſiarum,

ut 6. quæſt. 1. cap. ſimiliter; quam Eccleſiam perſonalem, per quam ſignificatur Capitulum, cum Eccleſia vacat Paſtore, *ut extr. de reſcript. cap. cum te*, & *melius 7. q. 1. cap. ſcire debe-*
15 *mus*. Sed quid ſi Clericus emit non pro Eccleſia, ſed pro ſe ipſo, & heredibus ſuis, an contra eum poſſit agi jure congrui ad rem emtam, & an Clericus habens domum propriam, & non Eccleſiam, vicinam rei emtæ, habeat jus protomiſeos, *Dom. Sebaſtian. in conſuetud. ubi domus in verbo Eccleſia* tenet, quod Conſuetudo de jure congrui comprehendit Clericos quantum ad eorum bona propria, ut dixi ſupra *in* §. 1. *in 3. notab.* & iſtam opinionem videtur tenere *Bart. in l. cunctos populos in 5. quæſt. C. de Summa Trinit. & Fide Cath.* prout ibi retuli. Sed contra opinionem *Bart.* videtur tenere *Dom. Abb. in cap. cum laicus de reb. Eccleſ. non alienand. & Bald. in d. l. cunctos populos in 13. column. & Salyc. in auth. caſſa de ſacroſanct. Eccleſ. & idem tenet Calder. in conſ. ſuo 11. ſub tit. de conſtitutionibus*, & idem videtur tenere in ſimili *Ludovic. de Roſ. in conſ.* 484. & pro iſta opinione, quod Clericus emtor prædii non poſſit conveniri jure congrui, ſi emit nomine proprio, adducitur optima ratio, quia non ſolum dicitur fieri contra libertatem Eccleſiæ, quando ſit contra privilegia generalia, conceſſa Eccleſiis, ſed etiam quando ſit contra jus commune, quia facilius tollitur privilegium, quam jus commune, ſecundum *Joannem de Imola in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & patet in auth. caſſa de ſacroſanct.*
16 *Eccleſ.* ubi expreſſe dicitur fieri contra libertatem Eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum, quando ſit contra canonicas, & temporales ſanctiones, & conſtat in jure communi, vicinos non poſſe extraneos emtores repellere, ut in *l. dudum Cod. de contrahend. emt.* Sed ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ non valet, ut in *dict. cap. Eccleſia.* Sed iſta ratio procedit, ſi volumus tenere, quod jus congrui ſit in Civitate virtute conſuetudinis, aut ſtatuti, ſed cum jus congrui introductum ſit vigore juris communis per iſtam legem *Feder.* hæc ratio non procedit; unde poſſet alia ratio aſſignari, quia etiam dato, quod iſta lex ſit jus commune non ligat Clericos quantum ad eorum bona propria, ſi emunt. Nam tunc dicitur contra libertatem Eccleſiæ fieri, quando Clericus ratione legis laicorum, laicis ſit timidior, ſecundum *Bart. in l. 1. §. quæ honorandæ ff. quarum rerum act. non datur, & tenet Petr. de Anchar. in repetit. canon. ſtatuta in 11. quæſt. de conſtitut. & docet Franc. dict. Zabar. in cap. perpendimus de ſentent. excommun. & Paul. de Caſtr. in conſ. 336.* Sed per hanc legem *Freder.* Clericus ſit timidior ad emendum, ex quo timet ſibi poſtea res emta auferri a vicino jure congrui vigore hujus legis, ergo dicitur iſta lex contra libertatem eccleſiaſticarum perſonarum. Quare concludo, quod Clerici poſſunt agere jure congrui contra laicos, ſed laici non agunt contra Clericos jure congrui, & hoc tenet *Jo: de Imol. in d. cap. conſtitutus de reſtitut. in integr.* ut retuli ſupra in *princ. legis in 3. notab. & idem tenet in d. cap. Sanctæ Mariæ, & hoc etiam tenet Dom. Abb. in d. cap.*
17 *conſtitutus*; nam Clerici poſſunt uti ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum favorem, ſecundum quod conſuluit *Paul. de Caſtr. in conſ. prælleg.* & iſta opinio ſibi breviter recitata videtur verior de jure, licet de facto male ſervetur. Et ex iſta opinione ſequitur, ut ſupra dixi *in princ. hujus notab.* quod Clericus eſt magis privilegiatus, quam Eccleſia, quia

quia Ecclesia non agit, nec convenitur jure congrui, ut dicit *text.* sed Clericus agit, sed non convenitur jure congrui *, quod est mirabile. Sed pulchrum esset investigare rationem diversitatis: potest dici, quod ratio sit ista; quia Ecclesia temporales facultates non reputat proprias, sed communes, *ut* 12. *quæst.* 1. *cap. exemptus, alias extraneum, & cap. sequenti, & cap. habeat,* & ideo dicitur, quod de rebus Ecclesiæ fiunt quatuor, vel tres partes: Nam una pars est pro fabrica ipsius Ecclesiæ: Secunda pars est pro sustentatione Episcopi: Tertia pars est Clericorum obsequentium Ecclesiæ: Quarta datur pauperibus, & peregrinis, 12. *qu.* 2. *cap. confessio,* & 16. *qu.* 1. *c. constitutum*; & propterea Ecclesia nec agit, nec convenitur jure congrui, quia bona sua sunt omnibus communia, & ratione communionis non agit jure congrui, sed bona Clericorum non sunt communia, ideo agunt, & non conveniuntur jure congrui, nihilominus super ista ratione relinquo cogitandum.

18 Sed quæro, quid de Ecclesia non consecrata? dic idem prout in Ecclesia consecrata, si auctoritate Episcoporum fuit ædificata *; ut in *cap. Ecclesia extr. de immunit. Eccles. & cap. ad hæc de relig. dom.* esset hic tangenda quæstio, an statutum laicorum comprehendat Clericos, & ecclesiasticas personas *, sed quia ista quæstio in plerisque locis plene examinata est, videlicet per *Bart. & Angel. in l. filius familias §. Divi ff. de legat. & per Bald. & Cynum in auth. cassa, & in auth. quas actiones Cod. de sacrosanct. Eccles. & per Bart. in cons. suo incip. Domini priores, & Petrum de Ancharan. in d. repetit. canonum statuta in 2. column. & per Abb. Sicul. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi per alios Doctores, & per Lapum in allegat.* 30. & *per Angel. in cons. suo* 49. & plenius per *Dom. Andr. Barbat. in repetition. rubr. de reb. Eccl. non alienand. in* 2. *quæstion. princ. & in* 3. *quæst. princip.* tractat, quando dicitur statutum contra libertatem Ecclesiæ. Ideo omitto, quia ejus dictis in veritate nihil adderem.

19 Sed juxta prædicta quæritur, quid si aliquis emit domum pro ædificanda Ecclesia, an possit conveniri jure congrui nondum ædificata Ecclesia? dicit *Dom. Sebastian. in consuetud. si Ecclesia,* quod sic. Nam potest esse, quod non ædificetur Ecclesia, & sic unus semper esset exclusus a jure congrui, quia semper emtor posset dicere, quod emit pro construenda Ecclesia. Sed quid si incœpit ædificare Ecclesiam pendente litigio juris congrui? dic, quod non consideratur initium fabricæ, sed finis. Nam plerumque propter defectum dotis non fabricatur Ecclesia, *ut in auth. ut nullus fabricet domum Oratorii* §. 1. & 2. Item, quia Ecclesia nondum fabricata est nulla, ut in *Clem. literas de rescript. & not. in cap. audentiam de Eccles. ædific.* & sic illud, quod esse potest, non præjudicat vicino quoad jus congrui, sed facit in argumento *cap. Abbates sane de re judic. lib.* 6. & ideo habebit locum jus congrui, nisi sit visum Judici, multis concurrentibus conjecturis, quod illa domus emta omnino fiet Ecclesia, tunc cessabit jus congrui, quia lex multa remittit arbitrio Judicis, prout accumulavi in *cap.* 1. *ex quib. caus. feud. amitt. §. sed pone,* dicit statutum Civitatis Neapolis, quod Ecclesia non habeat jus congrui. Quid si Ecclesia sit extra districtum Neapolitanum. Sed si illa Ecclesia bona habet in Civitate Neapolis, respectu bonorum, quæ habet in dicta Civitate, excludatur a jure congrui virtute statuti? Videtur, quod non;

non; quia statutum non extenditur ad Ecclesiam extra districtum, ut dicit *D. Sebastian. in proœm. consuet. Civitatis Neapolis in verb. districtum, & in 1. consuetudin. de success. ab intestat. in verb. antiquitas*. In contrarium tamen est veritas, quia ligatur secundum consuetudinem, ubi sunt bona, & hoc jus congrui est jus reale, quod sequitur ipsam rem, ut pluries dictum fuit; & pro hoc facit *text. in auth. ut Ecclesia Romana in princip.* ubi debet considerari consuetudo, ubi sunt res, facit quod dicit *Bald. in cap. 1. §. si qua controversia de pace constant.* ubi dicit,
20 quod in feudis inspiritur consuetudo, ubi sita est res feudalis, & idem dixit in *cap. mulier si de feud. fuer. controvers. & ibi etiam glosa ulterius quærebat idem Domin. Sebastian. in consuetud. si Ecclesia*, si quidam jussit fieri cappellam, & legavit certas possessiones dictæ cappellæ, vel ipsam instituit heredem*, an ipsæ res subjiciantur juri congrui, & decidit, quod cappella, quæ non dum est creata, est nulla, ut in *dicta Clement. literas*, & ideo habet locum jus congrui. Nec obstat, quod hereditas jacet, & hereditate jacente, non potest conveniri, quia tunc poterit peti, quod detur curator illi hereditati jacenti, ut in *l. cum non solum §. sin autem Cod. de bon. quæ liber.* Sed mihi videtur, quod ista quæstio sit superflua, ex quo in legato, & in heredis institutione non habet locum jus congrui, ut patet supra *in eadem l. §. 3.* Item quæro, an bona pauperum dicantur bona ecclesiastica, ita quod non habeat locum jus congrui, de hoc dixi supra in *§. 1. in 1. not. in qu. quid de bon. staurit.* Item quæro, quid si aliquis emit unam possessionem, ut fructus illius possessionis habeant deservire uni Presbytero pro dicenda una Missa de requiem æternam in perpetuo tali cappella, an habeat lo-
21 cum jus congrui. Respondeo, non, quia per Corpus Christi, quod in Missa elevatur, significatur Ecclesia triumphans, ut *1. quæst. 1. cap. in Ecclesia, & 26. quæst. 2. & cap. si illud, & extr. de sent. excomm. cap. si illud*, & ex his patet, quod licite Ecclesia potest possidere facultates temporales. Nam sicut anima sine corpore corporaliter non vivit, sic nec Ecclesia sine temporalibus in nullo proficit, *1. qu. 3. cap. si quis objecerit*. Multæ quæstiones possent tangi sub isto verbo *Ecclesia*, sed quia non essent de materia juris congrui, ideo silentio prætermisi.

Tertio & ultimo nota ex *textu*, ibi, *fiscus*, quod Fiscus, sive Respublica non agit, nec convenitur jure congrui. Quid autem de bonis patrimonialibus Imperatoris, aut Regis? dic, quod magna est differentia inter bona fiscalia, & bona patrimonialia eorundem, ut in *l. bene à Zenone Cod. de quadrien. script.* ibi, dum dicit, *non a fiscalibus, sed ex privata eorum substantia*, & ideo puto, quod in bonis patrimonialibus Imperatoris, vel Regis
22 habet locum jus congrui. Quis autem dicatur habere Fiscum? Certe Imperator & omnes Reges liberi Fiscum habent, ut notat *Andr. in cap. 1. in verb. commit. crimen læsæ Majest. in tit. quæ sunt bona regal. & notat glosa in proœm. constitut. Regni prope fin. Cod. de fisc. usur. l. 3. lib. 12. & C. de fide instrument. & jur. hastæ fiscal. l. 1. in princ. lib. 11. & Cod. de cens. l. gravitas, & de prin. agen. in rubr. l. 3. in fin. lib. 11. & Innoc. in cap. sincera in fin. extr. de donat. inter vir. & uxor.* Sed an Ecclesia habeat Fiscum? certe sic, ut patet *in cap. quia diversitatem de concess. præbend. & in Clement. nolentes de hæretic. & X. 17. quæst. 4. cap. si quis*. Quid autem de Civita-

vitatibus, & aliis Dominis recognoscentibus Dominos superiores, an habeant Fiscum? dic, quod non, ut patet *ff. de verbor. signific. l. cum qui vectigal*, *& Cod. de bon. vacant. l. 1.*, *& ff. ad municip. l. simile*. Sed an Respublica, & Fiscus sint idem, vel diversi, videtur, quod non sint idem, ut *ff. de bon. possess. l. non est ambiguum §. utpote ff. de interdict. & releg. l. sciendum in glos.* In contrarium videtur, quod sint idem, patet *ff. de jure fisci l. in fraudem §. neque C. de judic. l. properandum post princ.* nam causa Fisci dicitur causa publica, ut *ff. de jure fisci l. apud Julianum*, *& de hoc notat Bart. ex glos. C. de jure fisc. lib.* 10. *& glos. in procem. Constitution. Regni*, dicit tamen *Luc. de Penna in l. in provinciis Cod. de muner. lib.* 11. Quod Respublica est genus, Fiscus est pars ipsius generis, vel Respublica est caput, Fiscus est membrum Reipublicæ, & saccus publicus, ut dicit *Andr. in tit. quæ sint regal. referendo Augustin. & Doctor. idem notat Luc. de Penna in rubr. C. de jure fisc. lib.* 10. *& in l. pen. Cod. de divers. præd. urban. lib.* 11. & Fiscus dicitur bursa Cæsaris, quia quod non accipit Christus vel Episcopus, accipit Fiscus, ut dicit *text.* 7. *qu.* 7. *cap. majores*. Sed quoniam hic fit mentio de Fisco per unicum verbum, & in jure nostro sunt rubricæ propriæ, maxime in *ff. & C. de jure fisc.* ideo superstitiosum esset quæstiones ad materias fiscales pertinentes
23 hic tractare: Privilegia autem Fisci alias dixi in §§. *præcedentibus*, *& ponit Bald. in l. 1. C. de hered. vel action. vend.* & ego plura alia posui in *cap. 1. de fratrib. de novo benefic. investit.* Quare finem facio huic *legi Frederici Imperatoris*, *in qua Bald.* scripsit per duas chartas tantum. Nec unquam aliquis Doctor dignus nominari in hac lege scripsit, bene tamen noster *Sebastian. Napod. in consuetud. Civit.* scripsit multa de supradictis quæstionibus, ultra eum alias ego hic posui. Fateor tamen hac in lege nihil dixisse de rustico, qui non habet jus congrui, sed hoc ex speciali consuetudine in hac Civitate, & lex ista nihil de rustico dicit. Ideo superfluum est hic videre quis dicatur rusticus, vel villanus? sed de hoc habes per *glos. & Andr. in Constitut. Regn. Prosequentes de testib. contra communiter milit. produc.* & dixit in *cap.* 1. *§. si quis rusticus de pace tenend.* Et omnia, quæ hic dicta sunt per me *Matth. de Afflict. legum Doctor. de Neap.* subjicio ingenio melius scientis, ut utar verbis *Jurisconsulti in l. Claudius Felix ff. qui pot. in pign. hab.* Et sic finem facio ad Dei omnipotentis, ejusque gloriosissimæ Matris Mariæ laudem, gloriamque sempiternam. Amen.

A D D I T I O

Ad §. IX.

S U M M A R I U M.

1 *Via publica quid sit*, & num. 2.
3 *Via in quibus differat a strada.*
4 *Via quotuplex sit.*
5 *Statutum loquens de via, de qua intelligatur.*
6 *Universitas an habeat jus protomiseos.*
7 *Populo an liceat vendere viam.*
8 *Via publica an præscribatur per non usum.*
9 *Transire per agrum vicini quando liceat.*
10 *Occupans viam publicam qua pœna puniatur.*
11 *Surripiens pecuniam publicam qua pœna puniatur, ubi casus deciditur.*

12 *La-*

12 *Latitudo viæ quanta esse debeat.*
13 *Consuetudini an standum sit circa latitudinem viæ.*
14 *Universitas an possit servitutem in via imponere.*
15 *Via publica an vendi possit.*
16 *Vicinus an teneatur vicino viam accommodare.*
17 *Via vicinalis quænam sit.*
18 *Retractus an detur existente via in medio.*
19 *Jus congrui an detur via existente in porticu, super quo adsunt ædificia.*

AD 1. *notab.* quid sit via, præter diffinitionem *Napodani in consuet. ubi domus in glos. via publica num.*
1 *56. lit. A eodem hoc in tit.* quæ transcribitur hic per *Afflict.* de verbo ad verbum; sicut ipsemet *Afflict.* fatetur hæc esse verba *Dom. Sebastian. Napodani ut in fine hic num. 5.* qui immerito objurgatur per *Rendell. in glos. via publica num. 1.* dicendum esse *glos.* illam *Anton. Caputi* appellantem *Afflict.* expilatorem.
2 Et sic ad rem nostram dic, quod via sit jus eundi, agendi, seu ambulandi, ut ait *JC. in dict. §. via ff. de servit. rust. præd. & Institut. de servitut. §. via, & apud Tiraquell. annot. in genial. dier. lib.2. c.20.* habetur, viam esse hominis, jumenti, ac vehiculi iter, adde *Cepol. tit. de serv. rust. prædior. de ser-*
3 *vit. viæ cap. 3. n. 21.* & in quibus differunt via, & strada, dicas stradam esse lapidibus silicatam, seu mactonatam, secus via; & ideo non habet locum de una ad aliam statuti extensio, *Bartolus in l. absit C. de privilegiis domus augustæ lib. 11. ut per eundem Cepollam supracitatum num. 3. per Bard. super Bullam Xistinam in notab. §. 1. num. 2.* ubi refert: quod statutum de via publica esse intelli-
4 gendum: & via quotuplex sit? dicas esse publicam, privatam, & vicinalem, ut per *Napodanum*, quem sequuntur omnes *Scribent.* hic, & in specie *Bardus in loc. supra citato in vers. quotuplex sit,* ubi dividit hoc nomen viæ in pluribus modis, præter *Ulpiani* divisionem in *l. 2. §. viam ff. ne quid in loco publ. vel privato*, & apud alios *Scribentes*.
5 In *text.* ibi *de via publica*, adde, quod non solum est intelligendum de via publica, verum de qualibet alia publica re, ac de aliis numeratis per *Rendel. hic super Constitut. in glos. tria sunt num. 1. & 2. in hoc eodem §. text. 8.* sed ad materiam vide omnino *Cepollam in tit. de serv. rust. prædior. num. 34. tit. de servitute viæ,* ubi meminit de hac præsenti *Constitut.*
6 Quid de Universitate, an habeat jus congrui, & an habentes causam ab ipsa emtores rerum Universitatis, circa hoc adde *Illustrissimum Marchionem Carolum Tapia Regentem in suo amplissimo Codice jur. Regni in lib. 4. in tit. de jur. protomis.* ibique sollemnes allegationes doctissimorum olim JCC. ac Advocatorum Sac. R. Consilii *Anelli de Amato* primarii Advocati, deinde ad Præsidatum Regiæ Cameræ Summ. promoti, qui etiam fecit consilia decisiva, necnon *Hipolyti Vannii* similiter JC. antiqui, in causa illorum de Merenda cessionariorum cujusdam quarterii dicti, *i Calendini*, Universitatis Terræ Paterni, contra illos de Grandinettis ejusdem Terræ, ut in eodem *lib. 4. vers. quinque sunt præcipue num. 1. usque ad finem tit.* de aliis vero personis, quibus non spectat jus protomiseos, vide apud *Rendell. in glos. tria sunt num. 1. & 2. in hoc eodem §. in text.* 8. de quibus etiam nos supra diximus in diversis locis, & apud eumdem *Rendell. in glos. via publica num. 4.13. & 14.*

& 14. sed quid in via vicinali, vide apud eundem *Rendell. & Marc. Anton. Bardum in eodem tract. in* §. 7. *notab.* 3. *num.* 7. *vers. quintum vero*, & si in
7 venditione viarum detur protomisis, & si liceat populo etiam vendere, vel ne, vide eumdem *Rendell. ubi supra*, & *Afflict. infra num.* 2. & an via, a qua egreditur in viam publicam utatur viarum publicarum jure, vide *Caspar. Thesaur. in suis quæstionib. forensib. in quæst.* 89.
8 *num.* 4. *lib.* 2. & si per non usum præscribatur via publica, dic quod non, per *text. in l. via publica ff. de itin. actuq. privat.* circa autem præscriptionem viæ vicinalis, videas *Bald. in cons.* 44. *p.* 5. & *Cepol. in tit. de servit. rust. prædior. cap.* 3. *tit.* 3. *de*
9 *serv. viæ num.* 2. & quando licitum sit transire per agrum vicini, si via publica est lutuosa, & rupta, vide *Annam in singular.* 582. *Baldum in tract. de statutis* §. *affinis num.* 7. *tom.*
10 2. *in noviss. addition.* & de illo, qui sub figura meliorandi viam, aliquid de via usurpat, occupando viam publicam, & fossata, qua pœna puniatur, videas eumdem *Cepol. ubi supra num.* 61. *fol. mihi in parvis* 245. sic
11 etiam, & in proprium usum vertentes pecuniam publicam crimen peculatus committentes, qua pœna plectantur, & de materia peculatus, *l.* 1. & 3. *ad legem Jul. peculat.* videas *Specul. in tit. de prob.* §. 1. *vers.* 10. & *Peregr. de jure fisci lib.* 6. *tit.* 3. *per tot.* *adde Afflict. in tit. de fratr. de nov. benef. invest. lib.* 3. *in fallent.* 67. *sub num.* 9. & nota, quod in anno 1651. in hac Civitate nostra fuit decapitatus quidam Officialis generalis Quæstoris, nomine N. N. prope Castrum novum propter hoc crimen peculatus, quem non nomino propter modestiam. Actuarius fuit Januarius Casolla: cui crimini erat annexa falsitas, cum qua ceperat pecuniam cum nonnullis aliis complicibus, qui fugam arripuerunt, & deinde fuerunt per Regiam Junctam ab Excellentissimo Dom. Prorege mandatam facti contumaces, & deinde forjudicati; & quæ sit propria pœna peculatus, & in quibus casibus usque ad pœnam mortis naturalis extendi possit, vide *Dom. de Marin. resolut. quotidian. lib.* 1. *cap.* 291. *Dom. Judicem Magn. Cur. Vicar. & Reg. Consil. Philippum Paschalem in tract. de virib. patr. potest. parte* 3. *cap.* 4. *num.* 31. & 32. qui etiam eodem loco *superius num.* 30. ampliat procedere, qui etiam in Capseriis publici Banci, pecunias insciis Dominis in proprios usus convertunt, ut tanquam fures criminaliter puniendos esse, per *Petrum Cabal. in resol. crimin. casu* 136. quod fuit observatum in anno 1650. in personam F. de F. capserii cujusdam publici Banci in hac Civitate residentis, qui pro hoc delicto fuit condemnatus, & missus in Regias triremes ad remigandum perpetuo. Actuarius fuit Viola Scriba Fiscalis, licet secus consuluit *Dec. in cons.* 6. *in thesaurario Principis cit. ab eodem Dom. Paschal. ut supra d. n.* 30.

12 Circa vero latitudinem viæ, quæ, & quanta esse debeat, vide apud *JC. in l. via constitui ff. de servit. rust. & in l. viæ latitudo supra cit.*, *Cepol. ubi supra num.* 4. *vers. quæro secundo*, ubi circa latitudinem viæ servitutis promissæ, & de latitudine viæ, vel stradæ, in qua servitus non debetur,
13 & an in dubio standum sit consuetudinibus regionis; & quantam solet construi viæ latitudinem, idem *Cepoll. ubi supra*, & circa ejus mensurationem vide *Bertach. in suo amplissimo repertorio in verb. via*, & *in verb. dieta vers.* 2. & *in verb. distantia*, & *in verb. spatium*, *Abb. & Felin. in cap. olim n.* 4. *de*

de except. Alciat. l. 3. ff. de verb. si-
gnif. & apud eumdem Bertach. in verb.
distantia , & apud Tiraquell. loc. supra
cit.
14 Universitas autem an servitutem in
via publica imponere possit , vide *Bal-*
dum in cons. 206. col. fin. vol. 1. & com-
muniter DD. in l. 1. C. de divers. præd.
15 *rust. & urb. lib. 11.* & si via publica
vendi possit , vel ne pro ædificiis con-
struendis , videas *Becc. in cons. 15. Cepoll.*
in tit. de servit. rust. præd. tit. de servit.
16 *viæ* , & ad id , quod vicinus tenetur
præstare viam alteri vicino , soluto
pretio , si aliter vicinus viam non ha-
bet exeundi ad locum publicum , vide
Consuetud. quam nos habemus in *tit.*
de servit. quæ incipit , *si quis habens*
terram non tamen viam &c. fol. mihi
355. vide etiam *apostil. ibidem Dom.*
de Franchis incipientem *videas Andream*,
de qua etiam *Consuetud.* meminit hic
Afflict. noster .
17 Circa vero *vers. nunc venio ad vias*
privatas & vicinales, quæ vero sit hæc via
privata vicinalis , vide omnino *textum*
in l. 1. §. privatas & §. viarum ff. ne
quid in loco publico , & omnes Scribentes
hic , & præter eos *Cepoll. in loc. supra*
18 *citato num. 68.* & ad id si detur, vel
ne retractus , via vicinali existente in
medio , vel vico , ac rivo aquæ ? dic,
quod sic, nam ista non inducunt sepa-
rationem confinium , nec contiguita-
tem dividunt , ut vicinus retractu uti
non possit , pro quibus vide *Afflict. in*
decis. 62. & Joannem de Amicis in cons.
1. incip. *in causa , & late n. 17. Mar-*
cum Mantuam in tract. eodem ad Afflict.
hic in 6. dubita n. 46. Vivium dec. 488.
Mariliar. decis. 64. quos citat *Dom. Episc.*
Ricc. in collect. 2300. & Regium Consi-
liarium Scipionem Theodorum in allega-
tionibus suis in 82. allegat. ubi etiam
quæ sit via vicinalis , quæ publica, quæ
privata , & circa ipsarum differentias .
19 Sed quid de via substante in porticu,
super quo adsint ædificia contigua , an
detur jus congrui ? vide præter *Afflict.*
hic , qui movetur ex auctoritate *Na-*
podani , non faciendo sicut fecit *Capu-*
tus , qui transcripsit dicta *Napodani* ,
sub silentio pertransfeundo , sicut in-
quit hic *Rendell. in vers. quid tamen in*
cons. via publica n. 14. & 15. de Ponte
ubi supra , & quæ dicatur via privata,
vide *Gratian. discept. forens. cap. 559.*
num. 5.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia quot modis capitur ?*
2 *Quæ veniunt appellatione Ecclesiæ ?*
3 *Monasterium , ac locus pius appellation*
Ecclesiæ venit .
4 *Ecclesia an subjaceat jure protomiseos ?*
5 *Ecclesia in quibus casibus tenetur ad*
venditionem suæ partis .
6 *Vicinus an teneatur vendere servitutem*
altius non tollendi .
7 *Emtor ab Ecclesia an conveniri possit*
jure protomiseos , & num. 8.
9 *Ecclesia vendens , vel emens non subja-*
cet dispositioni hujus Constit.
10 *Emphyteuta Ecclesiæ an habeat jus pro-*
tomiseos ?
11 *Ementes ab Ecclesiis an sint immunes ?*
12 *Clerici an sint immunes a jure proto-*
miseos , quando emunt nomine pro-
prio ?
13 *Clerici an gaudeant immunitate de bonis*
ecclesiasticis , ac patrimonialibus .
14 *Clerici an teneantur ad refectionem via-*
rum , pontium , & aliorum .
15 *Clerici Regulares an ligentur consuetu-*
dine juris congrui circa bona eccle-
siastica .
16 *Clerici in quibus causis conveniri possint*
coram Judice sæculari , & num. 25.
17 *Brachium sæculare impartiendum erit ,*
& quando .
18 *Clericus auctor laudatus an declinet*
fo-

forum, & quid in confectione inventarii?
19 *Clerici an subjaceant statutis, & consuetudinibus laicorum?*
20 *Clerici uti an possint statutis laicorum eis favorabilibus?*
21 *Clerici an comprehendantur statutis odium comprehendentibus?*
22 *Leges laicales prohibentes arma Clericis portare an valeant.*
23 *Clerici conventi coram sæculari pro solutione census an opponere possint exceptionem fori.*
24 *Statuta prohibentia extractiones extra dominium num ligent?*
25 *Ecclesiæ quæ gaudere debent immunitate, an sit necessaria consecratio.*

1 AD 2. notabil. adde, quot modis capitur Ecclesia, dic, quod præter notata, & allata a *Rendell. in §. ultimo hic in verf. Ecclesia n. 3. 4. & 5. Bald. in margarit. in verf. ultimo mortuo, & in cap. cum clerici, ibique Abb. Siculus de verbor. signific. post glosam ordinariam 7. qu. 1. cap. scire in fin. tit. ne Prælati, Jason. in repetit. l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. in princ.* adde etiam *glosam in cap. cum clerici extr. de verbor. significat.* ubi ample ponitur quot modis capitur hoc verbum *Ecclesia*, *& in cap. fin. ne Prælat. vi suas*, & quæ dicatur Ecclesia? dic, quod est thronum Dei, secundum *Speculat. in*
2 *procem. in princ.* & quæ veniunt appellatione Ecclesiæ? dic Collectio Fidelium, ut in *tit. de consecrat. distinct. 1. in cap. Ecclesia, & clement. 1. quæst. 6.*
3 *ubi Cardin.* Item Monasterium, omnisque locus pius, *Joann. Andr. in tit. 1. in princip. de restitut. in integrum in 6. in novell.* & late eam capiendo, ita *Abb. in cap. 2. de consuetudinib. & Card. in clement. 2. quæst. 3. de judic.* item pauperes, *Baldus in l. omnes C. de Episcop. & Cleric. l. si quis ad declinandum in principio. column. 5. eod. tit.* apud Judæos vero quomodo vocetur? dic *Synagoga*, *Abb. in cap. Judæis*, apud Saracenos appellatur *Mosquea*, adde *R. P. Suar. in tract. de virt. ac stat. relig. tit. de tempor. ac locorum sacrorum religiosa observat. lib. 3. cap. 9.* ubi, quæ requiritur, ut dicatur Ecclesia, seu Locus Religiosus pro immunitate gaudenda quærit.

4 Ad id circa Ecclesiam adde *Consuet. nostram Neap. si Ecclesia in tit. de jure congrui*, ubi disponitur, quod Ecclesia non subjacet juri congrui nec passive, nec active, de quo etiam supra adnotavimus in *notab. 1. §. 2. verf. item quæro n. 8. ut in dict. consuet. in verf. & e converso*, hoc item apud *Scribent. super hanc Extravagant. Imperatoris Frederici, ut per Rendel. in glosa Ecclesia n. 3. Benedel. n. 12. in hoc eodem §., Maxill. in consuetud. Barensi tit. de jur. protomis. in 3. consuet. n. 16. Gomes. in ll. Tauri, l. 70. n. 6.* rationemque apud eundem *Rendel. cit. loc.* reperies, ut in *num. 5. verf. est autem, D. de Marinis in lib. 1. quotid. resolut. cap. 55. n. 15.*

5 Et quando, & quibus in casibus Ecclesia teneatur, & cogi possit ad vendendum suam partem pro ampliatione alterius Ecclesiæ contiguæ. Quidve pro ampliatione atrii Ecclesiæ; si vicinus compellatur ad vendendum etiam pro claustro, & scalis Ecclesiæ, ac viridariis Monasterii, *Regens Sanfel. in addit.* * *ad decis. 307. in 3. part.* ubi sic fuisse servatum refert in causa Monasterii Divæ Mariæ Angelorum Fratrum Minoritarum Sancti Francisci siti extra mœnia Civitatis hujus per Collaterale Consilium, etiam pro ampliatione Ecclesiæ, ejusque constructione, vide *Gizz. Giurb. & de Thoro in loc. cit. per eundem*
6 *Reg. Sanfel.* & si vicinus tenetur vendere Ecclesiæ servitutem altius non tollendi, idem *Dom. Sanfel. loc. cit. & per Fontan. decis. 279. num. 13. Grammat. decis.*

decis. 75. *Caroc. decis.* 262. sic etiam pro ampliatione Seminarii Cappellanorum, & aliorum locorum, ut apud *de Franch. dec.* 123. *Caspar Thesaur. quæst. forens. qu.* 64. quod dictum fallit in Fisco, ut diximus supra, & quid in re communi, idem *Sanfel. cit. dec.* 307.

7 In emente ab Ecclesia an contra ipsum habeat locum jus congrui: adde *Napodan. in consuetud. Neap. si Ecclesia in glosa emat n.* 77. ubi tenet affirmative, ibi: *Respondeo emtorem teneri*, *Benedell. in eodem tract. num.* 11. *in vers. tertius si Ecclesia*, *Rob. Maranta in* 8. *disput. num.* 57. *vers. sed pulchre dubium est*, ubi indistincte tenent pro parte affirmativa, posseque vicinum agere jure congrui contra emtorem Ecclesiæ,
8 rationemque assignant, quia jus congrui afficit emtorem, tertiumque possessorem, qui legibus laicorum subjacet; ex mutatione personæ mutatur & rei conditio, ait idem *Maranta*, ut supra, sic etiam per *Maxill. in consuetud. Barensi*, incipit *colonus* §. *item nec Ecclesia*
9 *num.* 18. & *sequent.* licet Ecclesia, quæ vendidit, non subjaceat huic Constitutioni, nec ejus dispositioni, lex Regia non comprehendit Ecclesiam, vulgatis juribus, sed per *Afflict.* secus habetur, ut supra in *d.* §. 1. *notab.* 3. *n.* 8. *Dom. de Marin. in cit. cap.* 55. *n.* 15. & per nos etiam supra *cit.* §. quem sequitur *Boer. in decis.* 234. *num.* 1. pro resolutione hujus quæsiti vide *Prosper. Rendell. in eod. tract.* sæpe cit. *in* §. *ult. in verb. Ecclesia a num.* 11. *usque ad n.* 14. *vers. tertius est casus*.

10 Et si emphyteuta Ecclesiæ habeat, vel ne hoc jus congrui, *Dom. Episc. Ricc. in collectan.* 2148. *in fine*, ubi ci-
11 tat *Thuscum in singul.* 16. & si ementes ab Ecclesiasticis personis sint, vel ne immunes a gabellis & datiis *, videas *Speculat. in tit. de immunit. Eccles.* §. 1. *de Amic. in cons.* 182. *Gabr. commun. conclus. in tit. de legib. lib. conclus.* 3. *n.* 19. *Bald. cons.* 31. *volum.* 1. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 13. *n.* 12.

12 Deinde quærit *Afflict.* quid in Clericis, si possint conveniri jure congrui,
* quando emunt nomine proprio *, cui adde ea, quæ supra in §. 1. *notab.* 3. *n.* 8. adnotavimus, nec non & eundem *Dom. de Marin. in supra citato cap.* 54. *lib.* 2. qui *n.* 2. inquit, quæstionem hanc adeo controversam invenisse apud DD. ut quasi cernere non potuit, quænam sit magis communis sententia, pro ornatu vero hujus adde *Honded. in cons. vol.* 1. *Tiraq. de retract.* §. 1. *glos.* 13. *n.* 11. & 12. *Boer. cit. decis.* 351. *num.* 9. ubi post quæstionem propositam circa Ecclesiam, descendit ad Clericos, *Capyc. decis.* 98. ubi *Dom. Addent.* & specialiter *Dom. Prosp. Petra* ex antiquissima, ac nobilissima familia Baronum Vasti Girardi, cujus nepos Dom. JC. D. Carolus Petra peritissimus juvenis, omnisque generis doctrinæ ornatissimus sectatur nunc vestigia, *Benedel.* qui testatur de communi, ut citato loco *n.* 15. & in principio Constitutionis *n.* 121. *in ampliat.* 11. *Gomes. in leg. Tauri in l.* 21. *n.* 20. *Mattiens. ad easdem leg. ad* 7. *leg. n.* 5. *Marantam*, & *Maxill. loc. supra cit.* oculatissimum *Camillum Borrellum* doctissimum virum, olim in sua senectute Judicem in nostra Magna Cur. Vicariæ in civilibus, qui cum eadem officii administratione obiit, super *Pragm. odia litium in* §. 1. *glos.* 3. *n.* 238. *Mantuan. lib.* 2. *dial. Jur. dialog.* 39. *in fine*, & apud eundem *Tiraquell. in alio loco glos.* 8. §. 1. *num.* 41. *in verb. separent*, *Napodan.* in citata *Consuetud. Neap. in Ecclesia*, & *in Consuetud. ubi domus in verb. Ecclesia*, ubi distinguit in Clerico emente pro se, vel pro Ecclesia, & in Clerico emente pro titulo sui patrimonii: ut in hoc casu conveniatur coram suo Judice compe-

tente,

tente, sic etiam apud *Anton. Caput. in glos. cit. Ecclesia per totam*, ubi refert eadem *Napodani* verba, & *Afflict. noster supracit.* §. 1. *num.* 8. & 10.& *demum Rendell. cit. tract. num.* 16. loco supra citato, *Gratian. disceptat. forens. cap.* 742. *num.* 16. & *Dom. de Thoro in compend. decis. Neap. part.* 2. *in verb. jus congrui fol.* 321. ubi quærit, si competit Clerico contra laicum in foro sæculari, *de Franchis dec.* 285. *Reg. Sanfel. decis.* 2. *n.* 3. *part.* 1.

In feudalibus vero quid juris, an recognoscantur a laico, idem *Reg. San-*
13 *felic. cit. decis.* & an gaudeant immunitate ecclesiastica de bonis patrimonialibus, adest Bulla Beatissimi, ac Sanctissimi *Papæ Honorii* impressa inter volumen Pragmaticarum, ac Constitutionum Regni sub *tit. quib. immun. Cleric. gaud. deb.* & *cap. item statuimus quod Clerici ex conventione*, & *Dom. Reg. Tap. de Jur. Regn. lib.* 4. *in tit. de jur. protomis. d. num.* 59. *cum*
14 *seq.* & si teneantur ad refectionem viarum, pontium *, ad delicta commissa in convicinio, videas Addentes ad *Constitut. Regn. si damna clandestina tit. de homicid. n.* 54. *col.* 2. & *Dom. Reg. ac olim Præsid. S.R.C. D. Francisc. Merlin. controv. forens. c.* 2. *n.* 6.

15 Statutum juris congrui, ac alia laicorum an ligent Confraterias, ac Hospitalia: & si gaudent ejusdem privilegiis, ac immunitatibus ecclesiasticis, *Fontanell. in decis. Senat. Catal.* 109. & 110. Verum si de jure nostro consuetudinario Clerici Regulares ligentur circa bona ecclesiastica concernentia servitutem altius non tollendi, vel de communi pariete utendo, vide *Reg. Sanfel. dec.* 188.

16 Et quibus in casibus Clerici possunt conveniri non coram ecclesiastico Judice, sed sæculari *, vide *Perrin. in addit. ad rubr. ritus* M. C. V. incip. *Item servat ipsa Curia sub rubr. de Cler. volentibus forum declinare*, affert multas fallentias circa Clericos, quando coram laico sunt conveniendi tam in civilibus, quam in criminalibus, quæ additio reperitur post *Reg. Constit. fol. mihi* 397. ita *de Anna in sing.* 135. *Afflict. dec.* 230. aliosve citatos ab Addente ejus noto, videlicet *Reg. Consil. Fabio de Anna ad d. singul. Genit.*, *Reg. Sanfel. in dec.* 160. *part.* 2.
17 ubi quando sæcularis teneatur brachium impartire ad petitionem Judicis ecclesiastici, & circa modum impartiendi, vide eumdem *Sanfel. in alia*
18 *dec.* 110. *in part.* 2. ubi in Clerico citato in confectione inventarii faciendi, ait posse citari coram laico, sicut etiam obligari pro tollendo sequestro, præstita cautione coram Judice laico. Quid de Clerico conjugato circa liquidationem instrumenti, obligationem penes acta M.C.V. an Judex laicus sit competens Judex, idem *D. Reg. in dec.* 130.

Et si Clericus citatus uti auctor laudatus ex causa promissæ evictionis declinet vel ne forum * ecclesiasticum; vide *Jo: Petr. Fontan. decis. Catalon.* 202. *Dian. resol. mor. tract. in resol.* 22. *de immun. eccl. tom.* 3. & si conveniatur pro administratione tutelæ *, an coram suo Judice est conveniendus, videas *Rov. dec.* 20.

19 Et ad id, si Clerici subjaceant statutis, ac consuetudinibus laicorum, ac eis ligentur *, vide pro hujus veritate *text. in cap. quod clerici de foro comp. ubi DD.*, & *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de const. ut in n.* 18. *circa fin. Aloys. de Leo in l. privilegia n.* 41. *C. de sacros. Eccles. Marsil. in l.* 1. §. *fin. n.* 32. *ff. de quæst. Olivam super rit. Archiep. in rit.* 22. *Dom. de Franch. in dec.* 380. *Capyc. dec.* 66. *Guid. Pap. decis.* 381. *novissimos Campanos in cap. Regn. item statuimus*, & *in*

in clement. 1. *de vit. & honest. cler.* videas *Campan. in suo amplissimo divers. jur. canon. in rubr. de privil. cler. c.* 2. *Napod. in proœm. Consuet. Neap. in verb. Antistes num.* 251. *& Ursil. in præcit. add. ad decis. Afflict.* 310. *per tot., Barbos. in cap. dilecti col.* 3. *de foro comp. Matthes. in sing.* 111. *Bald. in cons.* 135. *col. fin. vol.* 2. *Alex. cons.* 310. *column.* 3. *part.* 2. & ex recentioribus *Marant. in disp. cit.* 8. & similiter *Lel. Caput. in com. ad consuet. Neap. in proœm. ad tit. de person. n.* 52. *in prælud. super proœm. Regis Caroli, & Reg. Marchionem Tap. in Cod. Jur. Regn. super cap. Item statuimus sub tit. de cler. lib.* 1. *fol.* 687. *& R. P. Molf. super consuet. Neap. in tit. per person. part.* 2. *qu.* 7. ubi ait *num.* 45. quod si Clerici, ac Ecclesiastici contradicunt quoad prædicta, & transgrediunt talia statuta, eos peccare mortaliter sine dubio, ubi testatur de communi sententia, ut in *tract. de contract. tit.* 3. *de dom. jurisd. Reg. Camp. q.* 5. *art.* 3. *n.* 53. *cum seqq.* & alios apud *Philipp. Paschal.* in suo amplissimo *tract. de virib. patr. potest. cap.* 6. *part.* 1. *num.* 40. *& Dom. de Franchis in dec.* 265. una cum omnibus Addentibus, & demum *Dom. Aloys. Ricc. in collect.* 2997. *part.* 6. & si Clericis, ac Ecclesiasticis personis succedatur servata forma consuetudinum Neapolis, vel potius secundum jus commune, fœminis exclusis, vel inclusis, superstitibus masculis*, videas novissimas *observ. ad consuet. Dom. Reg. Consil. Andreæ Provenzalis* olim Advocati famigeratissimi, ac maritimarum Judicis vigilantissimi in *observat.* 20. & si ipsi, vel ecclesiasticæ personæ soli, vel cum aliis succedant secundum jus consuetudinis, vel secundum jus commune ab intestato agnatis, eundem *Provenz. in obs. seq.*

20 Et an eis uti possint, si generalia, & favorabilia sint, vide *text. in dict. cap. Ecclesia S. Mariæ, in cap. bene quidem dist.* 96. *Host. & Abb. in cap. fin. de solut. Matthes. & Barbat. ubi supra, Jo: And. in cap.* 1. *de oper. novi nunc.* & signanter *Dec. in cons.* 114. *per tot. Gratian. in discept. forens. in cap.* 164. *n.* 91. *cap.* 182. *n.* 30.
21 & si in generalibus dispositionibus, ac statutis non continentibus odium irrationabile comprehenduntur Clerici, ceteræque personæ ecclesiasticæ, etiamque Cardinales, vide *Gomes. in reg. Cancell. q.* 4. *in tit. de orig. Cancell.* & an legentur statutis, ac consuetudinibus laicorum circa ordinatoria acta judiciorum, eumdem in *cap.* 33. *n.* 3. & apud *Dom. Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. c.* 74. *n.* 11. *lib.* 5. *Fontan. dec. Senat. Cathalon. n.*218.
22 *cum seq.* 219. & si leges laicales prohibentes armorum asportationem respectu clericorum sint validæ vel ne, *D. Arias de Mesa in suis var. resolut.* 35. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 3. quod propter bona temporalia an subjaceant laicis, videas *Dom. Jud. Capiblancum de Baron. in verb. clerici*. Quid in
23 causa sequestri, & an coram Judice sæculari possint conveniri ad solvendum annuum censum alicujus, qui incompetentia opponere possint, eundem *de Marinis in lib.* 2. *resol. quotid. cap.*
24 75. *n.* 13. & statuta prohibentia extractionem extra dominium, num ligent personas ecclesiasticas, & illis non obtemperantes, an peccent mortaliter? & quid si pro eorum usu tantum, vide eumdem *de Marin. resol. quot. cap.* 31. *fol.* 1.

Ad *vers. sed quæro num.* 18. adde *R. P. Suar. in tract. de virtute ac Religionis statu lib.* 3. *de Templorum ac locorum sacrorum cap.* 9. ubi quæ-
25 rit, quænam Ecclesiæ propria gaudeant

deant immunitate, & an sit necessaria consecratio, ut Ecclesia dici possit, ac immunitate gaudere? & quid in fabrica Ecclesiæ, seu in toto circuitu ipsius. Quid in Hospitali, quidve in Cœmeterio &c.

SUMMARIUM.

1 *Curia unde dicatur; & quot modis capitur.*
2 *Fiscum qui dicantur habere?*
3 *Emens a Fisco an securus sit?*
4 *Jus protomiseos an militet in re vendita sub hasta.*
5 *Fiscus est in terris Papæ, Imperatoris, & Regum.*
6 *Curia Romana an habeat Fiscum. Et quid in Episcopis, & Archiepiscopis* num. 7.
8 *Barones an habeant Fiscum, vel non.*
9 *Quæ, & quot Curiæ Romæ fuerint.*

1 AD ult. notab. quæ sit Curia, & unde dicta, videas in primis *Caput: in glos. impressa in cit. tract. Prosp. Rendel. in verb. curia n. 1. idem Rendell. in ead. glos. curia n. 1.* quot vero modis capitur Curia, *Benedel. hic in text. curia num. 19. ad* §. *ult.* & an idem significet Curia sicut Fiscus hoc
2 in loco, & qui dicantur habere Fiscum, *Franc. Marc. decis. 38. p. 1.* & quotuplex sit Fiscus, eumdem *decis. seq.* & an æquiparentur Fiscus, Respublica, & Ecclesia, videas omnino apud eumdem *Rendell. ubi supra n.* 2. 3. 16. 18. & ipsius apud *Peregrin. tract. de jure fisc. lib.* 1. *tit. de his qui habent jura fisca-*
3 *lia per tot.* emens vero a Fisco an sit securus, ac si sub hasta, sive præter hastam fiscalem, juxta *text.* vulg. in *l. bene a Zenone, & l. fin. C. de quadr. præscr. & in* §. *fin. de usucap. in Inst.* videas ad materiam præter *Rendell. hic n.* 8. *vers. idque comprobabit, Peregrin. de jure fisci in lib. 6. tit. 4. n. 15. & 19.* ubi inquit, *ut acquirens a Fisco tutus sit, sive corporalis sive incorporalis res sit, adeo ut ab alio inquietari nequeat super ea re, reali aut personali actione, reservata tamen actione contra Fiscum illi tertio intra quadriennii metas proponendam, & non ultra.* Hæc *Peregr.* præterquam si ad consignationem debiti fiscalis distraherentur bona sui debitoris ad ejus exonerationem, quod fieri permittitur, ut idem *Peregrin. ubi supra n.* 14. &
4 22. nam in his casibus esse locum retractui, cum non sub hasta res vendita sit, ut in dicto casu, ut supra, locum non esse diximus, ut in §. 2. privilegia Fisci quæ, & quanta sint, videas apud eumdem *Peregr. & Petr. Duen. in reg.* 114. & 173. & *Afflict. nostrum in rubr.* 12. *de fratr. de nov. benef. investit. num.* 9. ac signanter *Boss. in tit.*
5 *de fisc. & ejus priv.* sic etiam nota, quia Fiscus non est, nisi in Terris Papæ, Imperatoris, ac Regum, vide de *Anna in sing.* 220. *Fiscus*, quid dicat *Afflict. in constit. Regn. beneficium num.* 4. ubi etiam testatur de prohibitione suo tempore facta Officialibus Terræ Criptuliarum, qui volebant constituere Procuratorem Fiscalem in Terra Bari, uti Officiales Reginæ Polo-
6 niæ; & Curia Romana an habeat Fiscum? & ibi dicitur Curia, ubi ipsamet Sedes Apostolica residet, refert *Gomr. super reg. Cancell. Apost. in tit. de orig. Cancel. in ver. postquam fol.* 59. & si Barones, eorumque Officiales in eorum Curiis habere possint Fiscales,
7 & quid in Episcopis, & Archiepiscopis, an ipsi similiter Fiscalem habere possint, videas quæso *bon. mem. Illust. March. de Coroleto D. Reg. Fulvium de Costantio virum Patritium in trib. lib. ult. Cod. in rubr. n.* 12. & 13. *de jur. fisc. lib.* 10. & unde traxit originem Camera Regia Fiscalis, tradit *Guid.*

Pap.

Pap. dec. 453. quem refert *Illuſt. Ricc.*
8 *in collect.* 140. Barones ſi habeant fiſcum, vel ne, *Petr. Fontan.* refert quod non, in ſua *dec.* 123. *n.* 18. ubi inquit deinde, *quod ſi ipſi fiſcum non habent, habent tamen apud nos quidquam aliud loco fiſci, ut ſua jura obtineant.* Hæc ille, allegat *Dom. Capiblancum tract. de Baronib. & Reg. Poloniæ & Maſtril.* quæ,
9 & quot Curiæ Romæ fuerint, & de verbo, apud *Andr. Tiraq. annot. in genial. dier. cap.* 16. *lib.* 1.

Et hæc ad laudem, & gloriam DEI, ejuſque ſemper Virginis Matris MARIÆ, ac Protectoris noſtri Januarii Sanctiſſimi, paratus ſemper corrigi quæcumque ſcripſi: ignorare enim vitium non eſt, ſed natura, ait *text. in l. Stichum ff. de legat.* 3. *Bald. conſ.* 42. *&* 44. *lib.* 2. *& in l. Claudius Felix* §. 3. *ff. qui potior. in pign. hab.* & ſic tandem a me hic imponitur.



NO-

NOVÆ ADDITIONES

AD §. *IX.*

1 ADverbium *proprie*, quod adest in principio hujus §. in aliis editionibus aliorum Commentatorum non habetur.

2 Ad *n.14.ad 17.p.177.col.2.& seq.*ubi Afflictus dispungit quæstionem an Clericus possit conveniri jure congrui, & an habeat jus retractus &c. *& ibi Rumm. in addit. num.* 12.*pag.* 186.*col.* 2. Adde quod olim Clericus conventus a Laico in Curia Archiepiscopali jure congrui per *Ritum* 22. ejusdem Curiæ absolvebatur *ab impetitis*; e contra Laicus conventus a Clerico vigore Consuetud. Neap. vel Constit. *Sancimus* erat condemnatus ad relaxandum in beneficium Clerici, *de Franch. in glos. Adde sub num.* 3. *in fin. ad consuet. si eccles. de jure congr. col.* 305. *ult. edit. ann.* 1775., & ita tempore Afflicti servabatur; ideoque ait Afflictus *hic num.* 14. *&* 17. quod Clericus erat magis privilegiatus quam Ecclesia ipsa, quia Clericus agebat, & non conveniebatur jure congrui, & Ecclesia neque agit, neque convenitur. Tempore Præsid. de Franchis, ut *in decis.* 285. ad æqualitatem servandam S. C. & Tribunalia laicalia absolvebant Laicum ab impetitis per clericum jure congrui conventum, *Paul. Staiban. cons.* 41. hoc tamen procedebat in hac Civitate Neap. non autem extra, ut notat *Camill. Larata cons.* 46. *num.* 22. *& seq.* neque in Curia Cappellani Majoris, de Franch. *in glos. incip. Vide Tiraquell. loco sup. cit. num.* 4. qui ita decisum refert anno 1559. in causa Jo: Ant. Palmerii cum Rev. Jo. Antonio Rotundi, ubi fuit lata sententia contra Clericum, & bis confirmata. In multis locis tamen Ecclesiastici neque active neque passive habebant jus congrui, ut in *diplom.* 16, *Martii & Julii* 1762. & infra dicetur

3 *num.* 5. *&* 6. Ex hoc *ritu* 22. plures fraudabantur vicini jure protomiseos, quia emtor colludens cum Clerico, faciebat apparere emtionem a Clerico facta, & clam Clericus declarabat emtionem fuisse Laici, ex quo multa jurgia dispendiosa oriebantur.

4 Nunc Judex ordinarius juris congrui sive retractus tam contra laicum, quam contra clericum est judex laicus, ad quem hæc privativa cognitio spectat, quapropter demta sunt omnia absurda, ita ex sequenti diplom. dispositum.

5 ,, Uniformatosi il Re al sentimen-
,, to di cotesta Real Camera proposto
,, con rappresentanza de' 25. dello scor-
,, so mese, nella quale sul dubbio fat-
,, to dalla Corte di Caserta, se dovea
,, attendersi la Consuetudine praticata
,, in questo Stato, che gli Ecclesia-
,, stici nè soffrono, nè godono il con-
,, gruo, riferì essersi dal Re Cattolico
,, Augustissimo Padre della Maestà Sua
,, già stabilito, e determinato, che le
,, cause di congruo, sieno ad istanza de'
,, Laici, o di Ecclesiastici, debbano
,, sempre trattarsi avanti il Giudice
,, laico, al quale privativamente ne
,, appartiene la cognizione per la prin-
,, cipal ragione di esser questa un'azio-
,, ne reale, ed il quale dee regolarsi
,, nelle decisioni delle medesime colle
,, leggi comuni e municipali, senza
,, attendere qualunque altra pretesa con-
,, suetudine in contrario. Ha la Mae-
,, stà Sua dichiarato, e vuole che nelle
,, cause di congruo, sia di pretenderlo,
,, sia di riceverlo, gli Ecclesiastici in
,, Na-

,, Napoli, e nel Regno sieno trattati
,, ugualmente che i Laici; e che per
,, gli uni, e per gli altri debbano i
,, Giudici laici a' quali privativamen-
,, te la cognizione di tali cause si ap-
,, partiene, regolarsi nella decisione
,, delle medesime colle Consuetudini di
,, Napoli nella Capitale, e colla Co-
,, stituzione *Sancimus* nel Regno. Lo
,, prevengo di Real ordine alle Signo-
,, rie Vostre Illustrissime per l'intelli-
,, genza, e governo di cotesta Real Ca-
,, mera, nella prevenzione di essersi
,, in tale conformità dati gli ordini
,, corrispondenti alla Corte di questo
,, Real Sito. Caserta 16. Marzo 1762.--
,, Bernardo Tanucci -- Signor Presi-
,, dente, e Consiglieri della Real Ca-
,, mera di *S.* Chiara.

6 Ita etiam fuit rescriptum sub die 3. Julii 1762. Curiæ Bitunti, ubi asserebatur fuisse ibi Consuetudo immemorabilis non dandi, neque petendi jus congrui Ecclesiasticis.

7 Adde *ad pag.* 179. *num.* 18. *& ad pag.* 180. *num.* 20. ubi facit quæstionem Afflict. de legatis, & hereditate relictis Cappellæ construendæ &c. nunc inanis est hæc quæstio; quia cappellæ nequeunt construi absque Regis assensu, a quo non tam facile præstatur: & Loca Pia non possunt amplius quomodocumque acquirere tam ex actibus inter vivos, quam ex ultimis voluntatibus, ita dispositum *diplom.9.Sept.*1769. Vide *Collect. diplom. D. Gatt. tom. 1. part.* 1. *tit.* 1. *&* 3. *per tot. & tit.* 1. *&* 3. *ejusdem part.* 1.*tom.*3. *per tot.*

8 In addit. Rummi *ad* 2. *not. num.* 5. *pag.* 185. *col.* 2., ubi quæritur an vicinus possit cogi ad vendendum prædium pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ vel Monasterii &c. vide quæ diximus *tom.* 1. *pag.* 57. *col.* 2. *n.* 20.

9 Rummi *ibid. n.* 11. *pag.* 186. *col.* 1. quærit an ementes ab ecclesiasticis personis sunt immunes a datiis & gabellis, Adde quod si non omnes ecclesiastici fruuntur quibusdam franchitiis, *Gatt. tom.* 1. *num.* 2. *tit.* 48. *dipl.* 1.*& Concord. an.* 1741. quomodo frui debent ementes ab eis?

10 *Ibid. num.* 14.*pag.* 187.*col.* 2. ibi, an Ecclesiastici teneantur ad refectionem viarum, pontium &c.: vigore Concordati inter Sedem apost. & Regem Carolum ann. 1741.& Instruct. catast. tenentur ad omnes expensas communitativas, ex quibus sentiunt commodum: vid.*nostram add. to.*1.*pag.*169.*col.*1.*n.*37.

11 *Ibid. n.* 16. ibi, in quibus casibus Clerici possunt conveniri coram judice laico. Adde quod diximus *in nostra addit. ad* §.1.*tom.*1.*pag.* 166. *& seq.a n.*1.*ad* 13. *& pag.* 167. *col.* 2.*& seq. a n.* 23.*ad* 30.

12 *Ibid. n.*18.*pag.*187.*col.*2. an Clericus auctor laudatus possit declinare forum; dic quod non, quia agitur de actione reali, & Judex laicus est competens etiam contra Ecclesiasticos cujuscunque conditionis & gradus sint, etiamsi causæ sint inter Ecclesiasticos,& Ecclesiasticos, *Gatt.collect. diplom. part.*1.*tom.* 2.*tit.* 64. *diplom.*7.*& tom.*4. *tit.* 66.*dipl.* 4. 12. 16. 17. 19. 20. 21. 22. *&* 25.

13 *Ibid.* quid pro administratione tutelæ? responde quod proceditur contra Ecclesiasticum coram Judice laico, *diplom.*22. *Aprilis* 1758. penes *Gatt. part.*1.*tom.* 4. *tit.* 66. *diplom.* 9.

14 *Ibid. n.*19.*& pag.*188.*col.*1. *&* Afflict. *pag.* 179.*n.* 18. an ligentur Ecclesiastici consuetudinibus. Affirma, quia sunt cives ut laici, *dipl.*6. *Martii* 1770. vide *nostram addit.tom.*1.*pag.*168.*col.*2.*n.*32.*&* 33.

Et hæc ad gloriam *DEI*, *B. Virginis MARIÆ*, & omnium Sanctorum, quæ scripsi eodem tempore, quo, ne intervallo quidem facto, hic Commentarius typis dabatur; ideo precor humanum Lectorem pro tolerantia, dum ad ejus censuram me remitto.

F I N I S.

IN-

INDEX

LOCUPLETISSIMUS

OMNIUM RERUM NOTABILIUM,

Quæ in hoc Commentario & Additionibus continentur.

*Nuperrimæ Additiones asterisco * signantur.*

A

Absentia.

Accessorium.

Accidentalis.

Accusare.

Actio.

Æsti-

Bona

æque

Conſocius.

Conſors.

Conſuetudo.

Con-

Curia.

Deci-

Domus.

Dona.

Donatarius.

Donatio.

Dona-

Eccle-

Fictio.

Fidejussio.

Fides.

Filii.

Fiscus.

Fructus .

Fundus .

Funera .

Furari .

Fur-

Interest.

Interpellatio.

Interpetratio.

Judicandum.

Judicium.

Judex.

an

Juramentum.

Jurisdictio.

Jus.

Jus congrui.

Jus protomiſeos.

Juſtum.

L

Lanio.

Lapſus.

Lata.

Latitudo.

Laudemium.

Laudes.

Legata.

Legitimatio.

Legi-

Locare.

Locupletare.

Locus.

M

Major.

Mandatum.

Maritus.

Mater.

Matrimonium.

Mens.

Mercator.

Pa-

Pro-

Rescriptum.

Reservatio.

Respublica.

Restitutio.

Retractus.

Reus.

Rex.

Rigor.

Ritus.

S

Sacerdos.

Salarium.

Sanctio.

Sanguinis.

San-

Scientia.

Scholaris.

duran-

Scire.

Scriptura.

Secretarius.

Securitas.

Semel.

Sententia.

Sepulcrum.

Sepultura.

Simplex

Simulatio

Socius.

Solutio.

Sors.

Sortilegia.

Speculari.

Statutum.

Sta-

Taciturnitas.

Tempus.

Terminus.

Terra.

Territorium.

Teſtamentum.

Teſtari.

Teſtator.

Teſtes.

Textus.

Tituli.

Tranſactio.

Tranſgreſſor.

Tranſire.

Tria.

Venenatio.

Verbum.

Vici-

Victoria.

Victus.

Villa.

Vincla.

Vir.

Univerfitas.

Unus.

Una-

LAUS DEO

ELENCHUS

COMMENTARIORUM

DE AFFLICTIS,

Additionum Rummi & Novarum Severani ad Rubricam & singulos §§. Constitutionis *Sancimus* de Jure Congrui.

FINIS.

0


UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 09 13 20 12 004 5